

PA

6274

.A2

1829



Class PAG27A

Book A2

1829

GPO

Catullus, C. Valerius

Q. VALERII CATULLI

V E R O N E N S I S

L I B E R

EX RECENSIONE

CAROLI LACHMANNI.

3
2
1

BEROLINI

TYPIS ET IMPENSIS GE. REIMERI

A. 1829.

PA6274

A2
1829

**Ad patriam venio longis a finibus exul.
Causa mei reditus compatriota fuit,
Scilicet a calamis, tribuit cui Francia nomen,
Quique notat turbae praetereuntis iter.
Quo licet ingenio vestrum celebrate Catullum,
Cuius sub modio clausa papyrus erat.**

345853

26

g. 15. Jan. 21. 26.

Q. CATULLI. Praenomen om. *Pl.*

VERONENSIS *poetae illustris incipit*
(LIBER.) *feliciter ad conuictum*

Quoi dono lepidum novum libellum

Arido modo pumice expolitum? (*Manus var. XVI adnotat: Arida*

Corneli, tibi: namque tu solebas *pumice legendum scado, Namque tibi*

5 Meas esse aliquid putare nugas *horum Verinus addidit atque Catullum*

Iam tum cum ausus es unus Italorum tamen *pr. mi est.*

Omne aevum tribus explicare chartis

Doctis, Iuppiter, et laboriosis.

Quare habe tibi quicquid hoc libelli *tibi habe. [ad ver. hoc cad. m.*

10 Quaecumque quidem *quod legitur in alio exemplari*

patrona virgo,

Plus uno maneat perenne saeclo. *his est]. Alii sic legunt*

Quaecumque quidem
ora per verum]

Codices *D* et *L* (h. e. Caroli Dati et Laur. Santenii), cum quorum alterutro ceteri non interpolati ubique consentiunt, hac editione totos exhibemus. quas emendationes nullo auctore indicato recepimus, eae Italici saeculi xv debentur.

1, 1. Q. Catulli Riccardianus (pl. 50. ord. 4. cod. 28), Q. Catulli *D*, Catulli *L* cum Parisino 7989 et Laurentiano a. 1457 (pl. 33, 12). Q. dicitur Plinio h. n. 37, 6. C. Appuleio apolog. p. 279 Elm. Valerius Catullus commentatori Horatii Cruquiano p. 398.

Veronensis] *conf. interpr. Virgil. Veron. ecl. 6, 1. Non. 15, 28 et Priscian. p. 546. liber incipit DL.* 2. Qui *D*, Cui *L*. *pr m. H.*

3. Arido vel Arrido libri, itaque interpr. Virgilli Veron. ecl. 6, 1. Terentianus Maurus v. 2563, Marius Victorinus p. 2596 et Isidorus orig. 6, 12. at Servius ad Aen. 12, 587 'Pumicem autem iste masculino genere posuit, et hunc sequimur: nam et Plautus ita dixit: licet Catullus dixerit feminino.' hinc Itali Arida, itaque Atilius Fortun. Putschii p. 2676. punice *D*. 6. tum] tamen *DL.* es] est *DL.* 9. tibi habe *DL.* libelli] mei Parisianus et Laurentianus. 11. quidem *D*: quod *L*. 13. peremne *D*.

- Passer, deliciae meae puellae, *puellae.*
 15 Quicum ludere, quem in sinu tenere,
 Quoi primum digitum dare adpetenti *Qui ac petenti.*
 Et acris solet incitare morsus,
 Cum desiderio meo nitenti
 Carum nescio quid libet iocari *Parum. quilibet.*
 20 Et solatiolum sui doloris,
 Credo ut cum gravis acquiescet ardor;
 Tecum ludere sicut ipsa possem
 Et tristis animi levare curas!
 25 Tam gratum est mihi quam ferunt puellae *Tam. fuerunt. pp.*
 Pernici aureolum fuisse malum, *aureolum. u.*
 Quod zonam soluit diu ligatam.

- Lugete, o Veneres Cupidinesque,
 Et quantum est hominum venustiorum.
 30 Passer mortuus est meae puellae,
 2 Passer, deliciae meae puellae,
 Quem plus illa oculis suis amabat:
 Nam mellitus erat suamque norat
 Ipsa tam bene quam puella matrem, *Ipsam.*
 5 Nec sese a gremio illius movebat, *in.*
 Sed circumsiliens modo huc modo illuc
 Ad solam dominam usque pipilabat. *piplabat.*
 Qui nunc it per iter tenebricosum *tenebrosorum.*
 Illuc, unde negant redire quenquam. *Illud. redire.*
 10 At vobis male sit, malae tenebrae
 Orci, quae omnia bella devoratis: *Orbisque. Hic.*
 Tam bellum mihi passerem abstulistis.
 O factum male! io miselle passer, *Sonum factum. bonum.*
ille passer. Hic.

1, 16. Qui D, Cui L. ac petenti L, ac appetenti D.
 18. mei D. 20. In Itali: sed v. 20, 17. 21. uti gravis
 Schraderus. acquiescat Itali. 22. Et tecum L. luderem D.
 25. 'Post hoc carmen in codice antiquissimo et manu scripto
 ingens sequitur fragmentum' Guarinus. 'In v. c. spatium est hic
 longum, post quod sequitur Tam gratum mihi' Perreius. 27. ne-
 gatam Laurentianus.
 2, 1. om L, Parisinus, Laurentianus. 4. Ipsam D. 5. se L.
 7. piplabat L. 8. pariter L. tenebrosum DL. 9. Illuc
 Seneca in apocolocyntosi p. 856: Illud DL. 13. Bonum factum
 DL. o (proh Guarinus) miselle passer vel passer o miselle
 Itali: bonus ille passer DL.

Tua nunc opera meae puellae
15 Flendo turgiduli rubent ocelli.

De quodam phasello. DL

- P**haselus ille, quem videtis, hospites, *Phasellus*
Ait fuisse navium celerimus, *Aiunt - celerimum*
Neque ullius natantis impetum trabis *illius DL. tardis DL*
Nequisse praeterire, sive palmulis *Neque corat DL*
20 Opus foret volare sive linteo. *sine*
Et hoc negat minacis Adriatici
Negare litus insulasve Cycladas
Rhodumque nobilem horridamque Thraciam *tractam*
Propontida trucemve Ponticum sinum, *om. DL*
25 Ubi iste post phaselus antea fuit *phasellus. DL*
Comata silva: nam Cytorio in iugo *cithereo*
Loquente saepe sibilum edidit coma.
Amastri Pontica et Cytore buxifer, *cithere*
Tibi haec fuisse et esse cognitissima *cognotissima*
30 Ait phaselus: ultima ex origine *ll*
3 Tuo stetisse dicit in cacumine,
Tuo imbuisse palmulas in aequore,
Et inde tot per impotentia freta
Herum tulisse, laeva sive dextera
5 Vocaret aura, sive utrunque Iuppiter *Vocare cura*
Simul secundus incidisset in pedem; *Secundis*
Neque ulla vota litoralibus diis *litoribus*
Sibi esse facta, cum veniret a marei *amarat*
Novissime hunc ad usque limpидum lacum. *nunt adisque*
10 Sed haec prius fuere: nunc recondita *hor*
Senet quiete seque dedicat tibi, *sine*
Gemelle Castor et gemelle Castoris. *castrum*

2, 14. mea *schol. Iuvenal. 6, 8. p. 598 Cram.* 16. iste *Censorinus de metr. p. 2726.* 17. Aiunt *DL.* celerimum *DL.*
18. illius *DL.* trabis] tardis *DL,* ratis *corr Paris.* 19. Neque esse *DL.* sine *DL.* 20. sine *DL.* 21. mina ei *D,* ei minas *L.* 23. Rhodiamque *D,* tractam *D.* 25. post *om L.*
26. cytherio *D,* citeorio *L.* 28. cytheri *DL.* 29. cognotissima *DL.*

3, 2. Tuas *DL.* 5. Vocare *L.* cura *DL.* 7. literalibus *D.* 8. amaret *DL.* 11. Senet quiete *L et Charisius p. 223, Diomedes p. 335, Priscianus 9, p. 464 Kr.: Sonet quietem D.* 12. castor *D:* castrum *pr L,* castorum *corr L.*

Ad Lesbiam. Hb

- Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,
 Ramoresque senum severiorum
 15 Omnes unius aestimemus assis.
 Soles occidere et redire possunt: *videri*
 Nobis, cum semel occidit brevis lux, *Nobiscum*
 Nox est perpetua una dormienda.
 Da mi *basia* mille, deinde centum, *basia*
 20 Dein mille altera, dein secunda centum, *mi da*
 Deinde usque altera mille, deinde centum. *mille pr. m. m.*
 Dein, cum millia multa fecerimus, *multa milia*
 Conturbabimus illa, ne sciamus, *o nesciamus*
 Aut nequis malus invidere possit;
 25 Cum tantum sciat esse basiorum. *tantus*

Ad Flavianum Hb

- Flavi, delicias tuas Catullo,
 Nei sint inlepidae atque inelegantes, *Ne mellegantes*
 Velles dicere, nec tacere posses. *Voles.*
 Verum nescio quid febriculosi
 30 Scorti diligis: hoc pudet fateri.
 4 Nam te non viduas iacere noctes
 Nequicquam tacitum cubile *clamat* *clamat pr. m.*
 Sertis ac Syrio *fragrans* olivo, *Sertis fragrans*
 Pulvinusque peraeque et hic et ille *hic et illo. ut hic et illo*
 5 Attritus, tremulique quassa lecti *Attritusque tremula*
 Argutatio inambulatioque.
 Nam in ista praevalet nihil tacere.
 Cur? non tam latera *ecfututa* *pandas*, *et futura panda*
 Nei tu quid facias ineptiarum. *Nec*
 10 Quare, quicquid habes boni inaliquae,
 Dic nobis. volo te ac tuos amores
 Ad caelum lepido vocare versu.

3, 15. extimemus D. 19. mihi L. 20. Deinde mille L,
 Deinde me D, Deinde mi Parisinus, Laurentianus, Riccardianus.
 dein Puccius: deinde L, da D et plerique omnes. 22. Deinde
 DL. multa milia L. 23. Conturbavimus DL. 27. Ne
 DL.

4, 3. Sertisque D. ac Syrio] asyrio L, a syrio Laurentia-
 nus, assyrio Riccardianus et Parisinus, assyrioque D. fragrans
 D: clamans L, fragrans margo L. 4. ille D: illo L. 5. cas-
 sa D. 7. in D: ni L. fortasse Nam nil ista valet, nihil. tacere.
 8. et futura panda DL. 9. Ni Guarinus: Nec DL. 10. quic-
 quid] quid L solus.

At Lesbiam

- Quaeris, quot mihi basiationes *basiatorum*
 Tuae, Lesbia, sint satis superque.
 15 Quam magnus numerus Libyssae arenae *harum*
Lasarpiciferis iacet Cyrenis, *Lasarpici fretis Cyrenis*
Oraclum Iovis inter aestuosi *Ora dum*
 Et Batti veteris sacrum sepulcrum, *beati*
 Aut quam sidera multa, cum tacet nox, *quom*
 20 Furtivos hominum vident amores,
 Tam te basia multa basiare
 Vesano satis et super Catullo est, *ctium*
 Quae nec pernumerare curiosi
 Possint nec mala fascinare lingua.

At re ipsorum delementatio

- 25 Miser Catulle, desinas ineptire,
 Et quod vides perisse perditum ducas.
 Fulsere quondam candidi tibi soles,
 Cum ventitabas quo puella ducebat *velitabas*
 Amata nobis quantum amabitur nulla.
 30 Ibi illa multa tum iocosa fiebant, *quom*
 5 Quae tu volebas nec puella nolebat.
 Fulsere vere candidi tibi soles.
 Nunc iam illa non vult: tu quoque impote *ipse te*
 Nec quae fugit sectare, nec miser vive,
 3 Sed obstinata mente perfer, obdura. *obdurat*
 Vale, puella. iam Catullus obdurat,
 Nec te requiret nec rogabit invitam:
 At tu dolebis, cum rogaberis nulla.
 Scelesti, ne te. quae tibi manet vita! *ne*
 10 Quis nunc te adibit? cui videberis bella? *adhibet*
 Quem nunc amabis? cuius esse diceris?
 Quem basiabis? cui labella mordebis? *bella pr. m.*
 At tu, Catulle, destinatus obdura. *obstinatus*

4, 13. quod D. 16. Lasarpiciferis DL, Lasarpici fretis Parisinus et Laurentianus. cirenis Laurentianus: arenis D, tyrenis L. 17. Ora dum E, Oraclum dum D. 18. Et beati DL, Et beari Laurentianus. 21. Nam L. basiei Riccardianus. 25. in aptire D, inectire Laurentianus. 28. Tum D. docebat pr L. 30. Ili D.

5, 3. tu quoque, impotens, noli Avantius. 9. vae te B. Venator. tibi om L. tibi quae Parisinus.

Ad verannium

Veranni, omnibus e meis amicis *Veranni* *Erant et rubricata*
 15 Antistans mihi milibus trecentis, *Antistans* *trecentis*
 Venistine domum ad tuos Penates
 Fratresque unanimos suamque matrem? *uno animo*
 Venisti. o mihi nuntii beati!
 Visam te incolumem audiamque Hiberum
 20 Narrantem loca, facta, nationes,
 Ut mos est tuus, applicansque collum
 Iocundum os oculosque suaviabor. *oculisque suaviorum*
 O quantum est hominum beatiorum,
 Quid me laetius est beatiusve? *et.*

25 Varus me meus ad suos amores
 Visum duxerat e foro otiosum, *otiosum*
 Scortillum, ut mihi tum repente visum est, *Scortillum* *tra om.*
 Non sane inlepidum neque invenustum. *inlepidum* *pr. m.*
 Huc ut venimus, incidere nobis
 30 Sermones varii, in quibus, quid esset
 6 Iam Bithynia, quo modo se haberet, *posse*
 Ecquonam mihi profuisset aere.
 Respondi id quod erat, nihil neque *ipsis* *Fin*
 Nec praetoribus esse nec cohorti, *In iniri*
 5 Cur quisquam caput unctius referret,
 Praesertim quibus esset irrumator
 Praetor non facerent pili cohortem. *faceret*
 'At certe tamen,' inquit 'quod illic
 Natum dicitur esse, comparasti *rem*
 10 Ad lecticam homines.' ego, ut puellae
 Unum me facerem beatiorem,
 'Non' inquam 'mihi tam fuit maligne,
 Ut, provincia quod mala incidisset,
 Non possem octo homines parare rectos.'

- 5, 14. Veranni ex omnibus meis L. 15. Antistas DL.
 mihi om D. 17. uno animo L. sanamque Parisinus. anum-
 que Faernus. 19. Visamque incolumem D. 21. tuis. L,
 tuum D. 22. suavior L. 25. Varius L, Verannius D.
 27. ut tunc mihi L. tunc Laurentianus.
 6, 1. se] posse DL. 2. Et quoniam D, Et quoniam L.
 correxit Statius. here D. 3. neque ipsis Parisinus et Lau-
 rentianus: neque in ipsis D, neque nec in ipsis L. 4. Nec
 om L. 7. faceret L, facere Laurentianus, faciens Gronovius.
 8. Ac D. 10. hominis DL. 14. octo L: cito D.

- 15 At mi nullus erat neque hic neque illic, *om. pr. m.*
Fractum qui veteris pedem grabati *Fractumq. grabati*
 In collo sibi collocare posset.
 Hic illa, ut decuit cinaediorum,
 'Quaeso' inquit 'mihī, mi Catulle, paulum *om. pr. m. pulchra*
 20 Istos commoda: nam volo ad Serapim *commenda serapim*
 Deferri.' 'mane me' inquit puellae *inquit*
 Istud, quod modo dixeram, me habere,
 Fugit me ratio: meus sodalis *meus sed alius*
 25 Cinna est Gaius, is sibi paravit. *Cinna gravis*
 Verum, utrum illius an mei, quid ad me? *me-a*
 Utor tam bene quam mihi pararim. *quae pararum*
 Sed tu insulsa male ac molesta vivis, *insula et molestia et molesta*
 Per quam non licet esse negligentem.
et furium et aurium et
 30 **F**uri et Aureli, comites Catulli,
 7 Sive in extremos penetrabit Indos,¹
 Litus ut longe resonante Eoa ubi
 Tunditur unda,
 Sive in Hyrcanos Arabesque molles
 5 Seu Sacas sagittiferosque Parthos, *sacas pr. m. sed ab ead. corr. in sagas ve*
 Sive qua septemgeminus colorat qui
 Aequora Nilus,
 Sive trans altas gradietur Alpes,
 Caesaris visens monumenta magni, *videns*
 10 Gallicum Rhenum horribilesque ulti-
 mosque Britannos,
 Omnia haec, quaecumque feret voluntas
 Caelitum, temptare simul parati,
 Pauca nuntiate meae puellae *nuntiare*
 15 Non bona dicta.

6, 15. mihi L. nec hic nec D. 16. Fractum quae L, Fractumque Laurentianus et pr Riccardianus. 18. docuit DL.
 20. Istos: commodum enim Handius. nam D: non L. sarapim D. 21. minime Pontanus. inquit DL. 22. 'Post inquit puellae fenestra sequitur in codice vetusto' Guarinus.
 25. Cuna DL. Caius Itali: gravis DL. 26. a me L.
 27. paratum D solus. 28. insula DL. hac D, et L.
 7, 1. penetravit DL. 2. ut Parisinus: ubi DL. 5. Sive sagas DL. sagittiferosve Laurentianus. 6. quae DL. 9. videns DL. 10. que om Parisinus et Laurentianus. horribiles et vel horribilesque in Itali. 12. feret Laurentianus: fere L; ferre D.

Cum suis vivat valeatque moechis,
 Quos simul complexa tenet trecentos, *tenent*
 Nullum amans vere, sed identidem omnium

Ilia rumpens:

20 Nec meum respectet, ut ante, amorem,
 Qui illius culpa cecidit velut prati *prati*
 Ultimi flos, praetereunte postquam *praetereunte*
 Tactus aratro est. *om. Hb.*

At matrucinum asinum. Hb.

Marrucine Asini, manu sinistra

25 Non belle uteris in ioco atque vino:
 Tollis lintea negligentiorum.
 Hoc salsum esse putas? fugit te, inepte:
 Quamvis sordida res et invenusta est.

Non credis mihi? crede Pollioni *fratri add. Hb.*

30 Fratri, qui tua furta vel talento *id. Hb.*

8 Mutari velit: est enim leporum

Disertus puer ac facetiarum.
 Quare aut hendecasyllabos trecentos

Expecta, aut mihi lintheum remitte,

5 Quod me non movet aestimatione,

Verum est mnemosynum mei sodalis. *nemo sinunt Hb.*

Nam sudaria Saetaba ex Hibereis *sethaba*

Miserunt mihi muneri Fabullus

Et Verannius: haec anem necesse est. *hoc? abmoont*

10 Ut Veranniolum meum et Fabullum. *Et*

Cenabis bene, mi Fabulle, apud me

Paucis, si tibi dii favent, diebus,

Si tecum attuleris bonam atque magnam

Cenam, non sine candida puella

15 Et vino et sale et omnibus cachinnis. *om. Hb.*

Haec si, inquam, attuleris, venuste noster, *unquam Hb.*

Cenabis bene: nam tui Catulli

Plenus sacculus est aranearum.

7, 21. Cui L. 22. posquam D. 24. Matrucine DL.
 finestra D. 26. negligentiarum D. 27. falsum DL. Hb.
 8, 5. extimatione D. 6. nemo sinum DL. 7. thessala D.
 exhibere DL. Hb. 8. numeri L. 9. 10. verranious, verranio-
 lum D, veranious, veraniolum L. 10. Et DL. 12. sit D.
 16. unquam D. 18. aranearum D.

Sed contra accipies meros amores
 20 Seu quid suavius elegantiusve est:
 Nam unguentum dabo, quod meae puellae
 Donarunt Veneres Cupidinesque,
 Quod tu cum olfacies, deos rogabis,
 Totum ut te faciant, Fabulle, nasum. *fabule. H*

25 Nei te plus oculis meis amarem, *Ne H*
 Iocundissime Calve, munere isto
 Odissem te odio Vatiniano: *vaccinatione H*
 Nam quid feci ego quidve sum locutus,
 Cur me tot male perderes poetis? *malis H. perdere H. perire H. petis H*

30 Isti dii mala multa dent clienti, *dant dienti*

9 Qui tantum tibi misit impiorum. *famen ibi*
 Quod si, ut suspicor, hoc novum ac repertum
 Munus dat tibi Sulla litterator, *si illa*
 Non est mi male, sed bene ac beate, *mihi*

5 Quod non dispereunt tui labores.
 Dii magni, horribilem et sacrum libellum
 Quem tu scilicet ad tuum Catullum
Misti, continuo ut die periret, *Misisti H pereret H*
 Saturnalibus, optimo dierum!

10 Non non hoc tibi, salse, sic abibit: *false. sic om H*
 Nam, si luxerit, ad librariorum
Curram scrinia, Caesios, Aquinos, *Cur tam strinea cesios equinos*
Sufferum omnia colligam venena, *Sufferam nam*
 Ac te his supplicii remunerabor.

15 Vos hinc interea (valete) abite
 Illuc, unde malum pedem attulistis,
Saecli incommoda, pessimi poetae. *Saecli incommoda*
cohaerent in H

Si qui forte mearum ineptiarum

Lectores eritis manusque vestras

20 Non horrebitis ammovere nobis, *admovere H*

- 8, 19. meos *pr L.* 20. quod *D.* 25. Ne *L.*, Me *D.*
 29. malis *DL.* 30. dant *DL.*
 9, 2. ac *L.*; hoc *D.* 3. sulla *pr L.*; si illa *D et corr L.*
 Sylla *Marcianus Cap. 3, p. 51.* 4. mihi *DL.* 8. Misisti *DL.*
 10. Non modo hoc *D.* false *DL.* 12. Curtam *D.* scri-
 nea *DL.* 13. Sufferam *DL.*, Sufferam *Laurentianus.* 14. Hac *L.*
 At *D.* 17. Seculi *DL.* 20. admovere *D.*

Commendo tibi me ac meos amores,
 Aureli. veniam peto pudentem,
 Ut, si quicquam animo tuo cupisti,
 Quod castum expeteres et integellum, *expeteres*
 25 Conserves puerum mihi pudice.
 Non dico a populo: nihil veremur
 Istos, qui in platea modo huc modo illuc
 In re praetereunt sua occupati:
 Verum a te metuo tuoque *pene ponne*
 30 Infesto pueris bonis malisque. *bonisq. H*
 10 Quem tu qua lubet, ut lubet, moveto *om. H. libet H. om. H.*
 Quantum vis, ubi erit foris, paratum:
 Hunc unum excipio, ut puto, pudenter.
 Quod si te mala mens furorque *vecors vecoris H*
 5 In tantam impulerit, sceleste, culpam,
 Ut nostrum insidiis caput lacessas, *nostrorum H*
 Ah tum te miserum malique fati,
 Quem attractis pedibus patente porta
 Percurrent raphanique mugilesque.

) *Conferant in H*

10 Paedicabo ego vos et irrumabo, *Dedicabo H*
 Aureli pathice et cinaede Furi,
 Qui me ex versiculis meis putastis,
 Quod sunt molliculi, parum pudicum. *om. H*
 Nam castum esse decet pium poetam *decent H*
 15 Ipsum, versiculos nihil necesse est, *michi H*
 Qui tum denique habent salem ac leporem, *tamen H*
 Si sint molliculi ac parum pudici
 Et quod pruriant incitare *possint, possunt*
 Non dico pueris, sed his pilosis,
 20 Qui duros nequeunt movere lumbos.
 Vos, quod milia multa basiorum *Viry. milia*
 Legistis, male me marem putatis?
 Paedicabo ego vos et irrumabo. *Dedica H*

9, 30. bonisque DL.

10, 1. qualibet L. ut iubet DL. 6. nostrorum L.

7. At L. 10. 23. Dedicabo D. 15. versiculo pars codicum
 Plinii epist. 4, 14. 16. tum D: tamen L. 17. sunt apud
 Plinium. 18. pruriant D. possunt D. 21. quod Laurentia-
 nus; qui L, que D.

- O** Colonia, quae cupis ponte ludere magno, *Oculo in aquae laedere*
 25 Et salire paratum habes, sed vereris inepta *veteres*
 Crura ponticuli assulis stantis in redivivis, *ponticulis et sulcis tantis*
 Ne supinus eat cavaque in palude recumbat; *in redivivis*
 Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat,
 In quo vel Salisubsili sacra suscipiantur: *sali subsili suscipiant*
 30 Munus hoc mihi maximi da, Colonia, risus.
 11 Quendam municipem meum de tuo volo ponte *udo*
 Ire praecipitem in lutum per caputque pedesque,
 Verum totius ut lacus putidaeque paludis *putidaeque paludes* *He*
 Lividissima maximeque est profunda vorago.
 5 Insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar
 Bimuli tremula patris dormientis in ulna.
 Quoi cum sit viridissimo nupta flore puella *Cui sit*
 (Et puella tenellulo delicatior haedo, *tenellulo edo*
 Asservanda nigerrimis diligentius uvis),
 10 Ludere hanc sinit ut lubet, nec pili facit uni, *8 pro. n. vin*
 Nec se sublevat ex sua parte, sed velut alnus velut sed alium
 In fossa Liguri iacet supernata securi, *superata He*
 Tantundem omnia sentiens quam si nulla sit usquam, *senties*
 Talis iste meus stupor nil videt, nihil audit, *nil*
 15 Ipse qui sit, utrum sit an non sit, id quoque nescit. *sit edog. m. n.*
 Nunc eum volo de tuo ponte mittere pronum, *quem He*
 Si pote stolidum repente excitare veternum *potest didum parandem*
 Et supinum animum in gravi derelinquere caeno, *excitare*
 Ferream ut soleam tenaci in voragine mula. *Ferream. nulla He*

10, 24. O colonia quae L, Oculo in aquae D. laedere DL.

26. assulis stantis Statius: ac sulcis tantis DL. in redivivis L.

28. Sit L. 29. sali subsali D, sali subsili Laurentianus.
 'Salisubsulus enim, uti in antiquorum monumentis reperi, Mars a veteribus dictus est. Pacuvius in armorum iudicio, pro imperio salisubsulus si nostro excubet' Guarinus. suscipiant DL.

30. colonia L.

11, 3. putidaeque paludes DL. 5. est L: que D. puer D.
 7. Cui iocum sit DL. 8. Et L: Ut D. puto Est. tenello D.
 9. delicatius L. 10. libet D. 11. Nec me DL.
 12. ligari in fragmento Festi p. 114. supernata ibidem: superata DL.
 14. nil] nihil DL. 15. quid sit D. 16. Hunc L.
 eum D: enim L. potest olidum DL. correctum in excerptis Minturni.
 18. derelinquere DL. 19. Ferrea D. nulla Laurentianus et Riccardianus, nulla L.

- 20 **A**ureli, pater esuritionum,
 Non harum modo, sed quot aut fuerunt
 Aut sunt aut aliis erunt in annis,
 Paedicare cupis meos amores.
 Nec clam: nam simul es, iocaris una,
 25 Haeres ad latus, omnia experiris.
 Frustra: nam insidias mihi instrumentem
 Tangam te prior irumatione,
 Atque id si faceres satur, tacerem:
 Nunc ipsum id doleo, quod esurire
 30 Me me puer et sitire discet.
 12 Quare desine, dum licet pudico,
 Ne finem facias, sed irumatus.

- S**uffenus iste, Vare, quem probe nosti,
 Homo est venustus et dicax et urbanus,
 5 Idemque longe plurimos facit versus.
 Puto esse ego illi milia aut decem aut plura
 Perscripta, nec sic ut fit in palimpsesto
 Relata: chartae regiae, novei libri,
 Novi umbilici, lora rubra, membrana
 10 Directa plumbo, et pumice omnia aequata.
 Haec cum legas tu, bellus ille et urbanus
 Suffenus unus caprimulgus aut fossor
 Rursus videtur: tantum abhorret ac mutat.
 Hoc quid putemus esse? qui modo scurra
 15 Aut siquid hac re tritius videbatur,
 Idem infaceto est infacetior rure,
 Simul poemata attigit, neque idem unquam
 Aequae est beatus ac poemata cum scribit:
 Tam gaudet in se tamque se ipse miratur.

11, 20. exuritionum *DL.* 21. quod *L.* 24. es *D:* et *L.*
 ex *Laurentianus* et *Riccardianus.* 25. Haerens *DL.* *correx*
Vossius. experibis *L.* experibus *D.* 27. prius *L.* irumi-
 natione *DL.* 28. id si *L:* ipsi *D.* 29. id ipsum *D.* exurire
DL. 30. Ah me me *Scaliger.*
 12, 1. desinat *D.* desinas *L.* 2. Nec *DL.* iruminatus
 sum *DL.* 3. vale *D.* 5. Idque *D.* 6. ego esse *DL.* 7. palmi
 septo *DL.* *potius* palimpseston. 8. nove *L.* novem *D.* noveque
Riccardianus. 9. membranae *DL.* 10. Detecta *DL.*
 11. Nec *D.* 15. tristius *DL.* 16. infacetior] infaceto *DL.*
 17. poema *L.* 18. ac] ah *DL.* ha *Laurentianus.* 19. tan-
 quam *DL.*

20 Nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam,
 Quem non in aliqua re videre Suffenum
 Possis. suus cuique attributus est error:
 Sed non videmus, manticae quod in tergo est.

Furei, cui neque servus est neque arca
 25 Nec cimex neque araneus neque ignis,
 Verum est et pater et noverca, quorum
 Dentes vel silicem comesse possunt;
 Est pulchre tibi cum tuo parente
 Et cum coniuge lignea parentis.
 30 Nec mirum: bene nam valetis omnes,
 13 Pulchre concoquitis, nihil timetis,
 Non incendia, non graves ruinas,
 Non facta impia, non dolos veneni,
 Non casus alios periculorum.
 5 Atqui corpora sicciora cornu
 Aut siquid magis aridum est habetis
 Sole et frigore et esuritione.
 Quare non tibi sit bene ac beate?
 A te sudor abest, abest saliva,
 10 Mucusque et mala pituita nasi.
 Hanc ad munditiem adde mundiozem,
 Quod culus tibi purior salillo est,
 Nec toto decies cacas in anno,
 Atque id durius est faba et lapillis,
 15 Quod tu si manibus teras fricesque,
 Non unquam digitum inquinare posses.
 Haec tu commoda tam beata, Furi,
 Noli spernere nec putare parvi,
 Et sestertia quae soles precari
 20 Centum desine: nam sat es beatus.

12, 20. omnis *D.* quicquam *D.* 25. nec araneus *L.*
 27. sylices *D.* 28. pulcrum *D.* 30. Ne mirum *L.* Nimirum
D. Nil mirum *N.* Heinsius.
 13, 1. conquoquitis *D.* 2. minas *pr L.* 3. fata *D.*
 5. Aut qui *DL.* corpora] cornua *pr L.* 6. aridum magis
 est *DL.* abietis *L.* 7. exuritione *D.* 8. si *D.* 9. salva
D. 10. Muccusve *DL.* 12. tibi culus *D.* 14. atque lapil-
 lis *Riccardianus,* atque labillis *D.* 15. si tu *D.* feras *pr L.*
 17. Nec *D solus,* tua *DL.* 19. sextertia *D.* 20. satis
 beatus *DL.*

- O qui flosculus es Iuventiorum,
 Non horum modo, sed quot aut fuerunt
 Aut posthac aliis erunt in annis,
 Mallem divitias mi dedisses
 25 Isti, quoi neque servus est neque arca,
 Quam sic te sineres ab illo amari.
 'Qui? non est homo bellus?' inquires. est:
 Sed bello huic neque servus est neque arca.
 Hoc tu quam lubet abiice elevaque:
 30 Nec servum tamen ille habet neque arcam.

- 14 Cinaede Thalle, mollior cuniculi capillo
 Vel anseris medullula vel imula auricilla
 Vel pene languido senis situque araneoso,
 Idemque Thalle turbida rapacior procella,
 5 Cum diva munerarios ostendit oscitantes,
 Remitte pallium mihi meum, quod involasti,
 Sudariumque Saetabum catagraphosque Thynos,
 Inepte, quae palam soles habere tanquam avita.
 Quae nunc tuis ab unguibus reglutina et remitte,
 10 Ne laneum latusculum manusque mollicellas
 Inusta turpiter tibi flagella conscribillent,
 Et insolenter aestues velut minuta magno
 Deprensa navis in mari vesaniente vento.

- Furi, villula nostra non ad Austri
 15 Flatus opposita est neque ad Favoni
 Nec saevi Boreae aut Apeliotae.

13, 21. est DL. 24. mi] fortasse uti. 25. cui nec D,
 qui nec L. nec arca L. 28. est om L. 29. Nec D.
 quam L: qua Laurentianus, quia Riccardianus, quidem D. abi-
 ce L.

14, 1. cuniculi DL. 2. medulla D. imula Parisinus et
 Laurentianus: imulla L, nulla D et pr Riccardianus. mori-
 cilla DL. correxit Scaliger. 5. mulier aves (arios margo L)
 DL. mulier alios Laurentianus et pr Riccardianus. mulier avos
 'sic scriptum est in codice vetustissimo et venerando Romanae
 bibliothecae . . .' Perreius. ego ex li feci n. munerarius est qui
 munera dat vel invitus et oscitanti rapta. ostendet D. 7. sa-
 etabum DL, sethabum Laurentianus. tinos D, thymos L.
 9. tuis 6 inguibus D. 10. natisque Scaliger. 11. Insula
 DL. conscribillent L, conscribent D. 12. velut inimica DL,
 15. favonii DL. 16. apeliote DL.

Verum ad milia quindecim et ducentos.
O ventum horribilem atque pestilentem!

Minister vetuli puer Falerni
 20 Inger mi calices amariores,
 Ut lex Postumiae iubet magistrae
 Ebriosa acina ebriosioris.
 At vos quo lubet hinc abite, lymphae
 Vini pernicies, et ad severos
 25 Migrate: hic merus est Thyonianus.

Pisonis comites, cohors inanis
 Aptis sarcinulis et expeditis,
 Veranni optime tuque mi Fabulle,
 Quid rerum geritis? satisne cum isto
 30 Vappa frigoraque et famem tulistis?
 15 Ecquidnam in tabulis patet lucelli
 Expensum, ut mihi, qui meum secutus
 Praetorem refero datum lucello
 'O Memmi, bene me ac diu supinum
 5 Tota ista trabe lentus irrumasti.'
 Sed, quantum video, pari fuistis
 Casu: nam nihilo minore verpa
 Farti estis. pete nobiles amicos.
 At vobis mala multa dii deaque
 10 Dent, obprobria Romulei Remique.

Quis hoc potest videre, quis potest pati,
 Nisi impudicus et vorax et aleo,
 Mamurram habere quod Comata Gallia
 Habebat ante et ultima Britannia?

14, 20. Inger *codex Gellii Schoppianus* 7, 20: Ingere *DL*.
 22. Ebriosa *Gellius*: Ebriosae *DL*. acina *codices Gellii*, ut
videtur: acino *D*, acinae *L*. 23. quod iubet *DL*. 25. meus
 est antonianus *L*. 28. Verani *D*.
 15, 1. Et quid nam *D*, Vt quid nam *L*. 4. O memini *L*,
 Omnem mi *D*. hac *L*. 5. trhae *D*. 6. pari *Laurentianus*:
 parum *DL*. fuisti *D*. 7. Casum *D*, Casus *L*. verpa
Laurentianus: verba *DL*. 8. Facti *D*. 10. obprobria romu-
 li *D*. 13. Manu murrum *L*, Nam murrum *D*. v. *Plin. hist.*
nat. 36, 6. 14. Habeat *L*. ante et *Statius*: cum te et *L*, et cum
 te *D*.

- 15 Cinaede Romule, haec videbis et feres?
 Et ille nunc superbus et superfluens
 Perambulabit omnium cubilia
 Ut albulus columbus aut Adoneus?
 Cinaede Romule, haec videbis et feres?
- 20 Es impudicus et vorax et aleo.
 Eone nomine, imperator unice,
 Fuisti in ultima occidentis insula,
 Ut ista vestra diffututa mentula
 Ducenties comesset aut trecenties?
- 25 Quid est alid sinistra liberalitas?
 Parum expatravit an parum elluatus est?
 Paterna prima lancinata sunt bona:
 Secunda praeda Pontica: inde tertia
 Hibera, quam scit annis aurifer Tagus.
- 30 Hunc Galliae timet et Britanniae.
- 16 Quid hunc malum fovetis? aut quid hic potest,
 Nisi uncta devorare patrimonia?
 Eone nomine urbis, opulentissime
 Socer, generque, perdidistis omnia?

- 5 Alphene inmemor atque unanimis false sodalibus,
 Iam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi?
 Iam me prodere, iam non dubitas fallere, perfide?
 Eheu quid faciant, dic, homines, cuive habeant fidem?
 Certe tute iubebas animam tradere, inique, me
- 10 Inducens in amorem, quasi tuta omnia mi forent.
 Idem nunc retrahis te ac tua dicta omnia factaque
 Ventos irrita ferre ac nebulas aërias sinis.
 Si tu oblitus es, at dii meminerunt, meminit Fides,
 Quae te ut paeniteat postmodo facti faciet tui:

15, 17. Perambulavit *DL.* 18. idoneus *DL.* *correxit Statius.* 23. nostra *L.* diffutura *DL.* potius defututa.
 25. alit *L.* ait *D.* aliud *Guarinus.* alid *Statius.* 27. primum
DL. *correxit Scaliger.* 29. Hibera *om. D.* sit *DL.* amni
D. 30. timent *L.* fortasse Time Britannia, hunc timete Galliae.
 16. 1. hic] hinc *DL.* 2. cuncta *L.* 3. verbis *D.* fortasse
 o piissime. 4. Gener socerque *antholog. Lat. 2, 244.* 6. ni-
 hil *DL.* duri *D.* 7. me post non add *L.* ante non *D.*
 per fidem *D.* 8. Oheu *DL.* quod *D.* dico *DL.* 9. me
om DL. 10. Tu ducens *D.* omnia tuta *DL.* 11. Idem
Laurentianus: Inde DL. ad tua *D.* 12. Vento *D.* aëreas
pr L. 13. ut dii *L.* audii (*ni fallor*) *D.* 14. postremo *D.*

15 Nec facta impia fallacum hominum caelicolis placent.
Quae tu negligis, ac me miserum deseris in malis.

P aene insularum, Sirmio, insularumque
Ocelle, quascunque in liquentibus stagnis
Marique vasto fert uterque Neptunus,
20 Quam te libenter quamque laetus invisio,
Vix mi ipse credens Thyniam atque Bithynos
Liquisse campos et videre te in tuto!
O quid solutis est beatius curis,
Cum mens onus reponit, ac peregrino
25 Labore fessi venimus larem ad nostrum
Desideratoque acquiescimus lecto.
Hoc est, quod unum est pro laboribus tantis.
Salve, o venusta Sirmio, atque hero gaude:
Gaudete vosque, o Lydiae lacus undae:
30 Ridete, quicquid est domi cachinnorum.

17 A mabo, mea dulcis Ipsithilla,
Meae deliciae, mei lepores,
Iube ad te veniam meridiatum.
Et si iusseris illud, adiuvato,
5 Nequis liminis obseret tabellam,
Neu tibi lubeat foras abire,
Sed domi maneat paresque nobis
Novem continuas fututiones.
Verum, siquid ages, statim iubeto:
10 Nam pransus iaceo et satur supinus
Pertundo tunicamque palliumque.

O furum optime balneariorum
Vibenni pater, et cinaede fili,
(Nam dextra pater inquinatiore,
15 Culo filius est voraciore)

16, 15 et 16. huc revocavi, cum in libris sequerentur versum
septimum. 15. improba D. 16. Quos margo L. 20. li-
bente L. 21. mihi DL. crederis D. thyniam DL.
bithinios L. 29. Gaude L. vos quoque DL, vosque vel
vos o Itali. Lydiae] immo Libuae.

17, 1. ipsythila D, Ipsitila L. 3. meridianum L. 6. libeat L.
15. est in D. volantiore pr L.

Cur non exilium malasque in oras
 Itis, quandoquidem patris rapinae
 Notae sunt populo, et natis pilosas,
 Fili, non potes asse venditare.

20 **D**ianae sumus in fide
 Puellae et pueri integri:

Dianam pueri integri
 Puellaeque canamus.

O Latonia, maximi
 Magna progenies Iovis,

25 Quam mater prope Deliam
 Deposivit olivam,

Montium domina ut fores
 Silvarumque virentium
 Saltuumque reconditorum

30 Anniumque sonantum.

18 Tu Lucina dolentibus
 Iuno dicta puerperis,
 Tu potens Trivia et notho es
 Dicta lumine Luna.

5 Tu cursu, dea, menstruo
 Metiens iter annuum
 Rustica agricolae bonis
 Tecta frugibus explēs.

Sis quocunque tibi placet
 10 Sancta nomine, Romulique,
 Antiquae ut solita es, bona
 Sospites ope gentem.

Poetae tenero, meo sodali
 Velim Caecilio, papyre, dicas,
 15 Veronam veniat, Novi relinquens

17, 16. horas *D.* 18. nates *D.* 19. potest *DL.* ase vendicare *D.* ad se vindicare *L.* 20. 'Dianae pueri integri *Pontanus ex v. c. Perreius: om DL.* Dianam excerpta *Italorum.*
 23. O Latona *L.* 26. Deposuit *DL.* 27. dominam *D.*
 30. Omniumque (Omnium *D.*) sonantium *DL.*
 18, 3. noto est *D.* 5. menstrua *DL.* 9. Scis quaecunque *DL.* placent *L.* 10. nomine que romuli *L.* 11. Antiquam *Itali,* Antiquae *Scaliger.* solitas es *L.*

Comi moenia Lariumque litus:
 Nam quasdam volo cogitationes
 Amici accipiat sui meique.
 Quare, si sapiet, viam vorabit,
 20 Quamvis candida milies puella
 Euntem revocet manusque collo
 Ambas iniiciens roget morari,
 Quae nunc, si mihi vera nuntiantur,
 Illum deperit inpotente amore:
 25 Nam quo tempore legit inchoatam
 Dindymi dominam, ex eo misellae
 Ignes interiorum edunt medullam.
 Ignosco tibi, Sapphica puella
 Musa doctior: est enim venuste
 30 Magna Caecilio inchoata mater.

19 **A**nnales Volusi, cacata charta,
 Votum solvite pro mea puella:
 Nam sanctae Veneri Cupidinique
 Vovit, si sibi restitutus essem
 5 Desissemque truces vibrare iambos,
 Electissima pessimi poetae
 Scripta tardipedi deo daturam
 Infelicibus ustulanda lignis,
 Et hoc pessima se puella vidit
 10 Iocose lepide vovere divis.
 Nunc, o caeruleo creata ponto,
 Quae sanctum Idalium Uriosque apertos
 Quaeque Ancona Cnidumque arundinosam
 Colis quaeque Amathunta quaeque Golgos
 15 Quaeque Durrachium Adriae tabernam,
 Acceptum face redditumque votum,
 Si non inlepidum neque invenustum est.

18, 23. mihi si *L.* 24. inpotente *Charisius p. 108: inpo-*
tentem DL. amorem *L.* 25. elegit indotatam *DL.* 26. do-
 minam illo miselli *D.* 30. cecilia *DL.* inchoata *D.*
 19, 1. 20. Annuale suo luscacata (luscata *D*) carta *DL.*
 5. Dedissemque *DL.* 7. datura *D et Riccardianus.* 8. usti-
 landa *DL.* 9. haec *Itali.* 10. se divis *D,* se diis *L.*
 12. utriusque *D.* Syrosque *Vossius.* portus *N. Heinsius.*
 13. gnidumque *DL.* 14. quaeque prius om *L,* que *D.* Gol-
 gos *Avantius: alcos L,* alios *D,* 15. durachium *DL.*

At vos interea venite in ignem,
 Pleni ruris et inficetiarum
 20 Annales Volusi, cacata charta.

Salax taberna vosque contubernales,
 A pileatis nona fratribus pila,
 Solis putatis esse mentulas vobis,
 Solis licere, quicquid est puellarum,
 25 Confutuere et putare ceteros hircos?
 An, continenter quod sedetis insulsi
 Centum an ducenti, non putatis ausurum
 Me una ducentos irrumare sessores?
 Atqui putate: namque totius vobis
 30 Frontem tabernae scorpionibus scribam.
 20 Puella nam me, quae meo sinu fugit,
 Amata tantum quantum amabitur nulla,
 Pro qua mihi sunt magna bella pugnata,
 Consedit istic. hanc boni beatique
 5 Omnes amatis, et quidem, quod indignum est,
 Omnes pusilli et semitarii moechi;
 Tu praeter omnes une de capillatis,
 Cuniculosae Celtiberiae fili
 Egnati, opaca quem bonum facit barba
 10 Et dens Hibera defricatus urina.

Malest, Cornifici, tuo Catullo,
 Malest me hercule et laboriose,
 Et magis magis in dies et horas.
 Quem tu, quod minimum facillimumque est,
 15 Qua solatus es allocutione?
 Irascor tibi. sic meos amores?
 Paulum quid lubet allocutionis,
 Maestius lacrimis Simonideis.

19, 19. 'ruris v. c.' Perreius, itaque Colotius et Minturnus:
 turis L, titris D. 22. non a DL. 23. mentula L. 25. Con-
 future D, Confutere L. 29. Atque DL. nam D. 30. so-
 pionibus L.

20, 1. me] mi Heinsius. quae é corr L. 8. Cuniculo-
 sae L, Cuniculos e D, Celtiberosae Priscianus p. 673. 741 = 214.
 306 Kr. 10. deus D. 11. Male est si carnifici DL. 12. Male
 si me D, Male est si me L. fortasse ei et. 17. Palum D.
 libet L.

- Egnatius, quod candidos habet dentes,
 20 Renidet usque quaque. sei ad rei ventum est
 Subsellium, cum orator excitat fletum,
 Renidet ille. si ad pii rogum fili
 Lugetur, orba cum flet unicum mater,
 Renidet ille. quicquid est, ubicunque est,
 25 Quodcunque agit, renidet. hunc habet morbum,
 Neque elegantem, ut arbitror, neque urbanum.
 Quare monendum te est mihi, bone Egnati.
 Si urbanus esses aut Sabinus aut Tiburs
 Aut parcus Umber aut obesus Etruscus
 30 Aut Lanuvinus ater atque dentatus
 21 Aut Transpadanus, ut meos quoque attingam,
 Aut qui lubet, qui puriter lavit dentes,
 Tamen renidere usque quaque te nollem:
 Nam risu inepto res ineptior nulla est.
 5 Nunc Celtiber: Celtiberia in terra,
 Quod quisque minxit, hoc sibi solet mane
 Dentem atque russam defricare gingivam,
 Ut quo iste vester expolitor dens est,
 Hoc te amplius bibisse praedicet loti.

- 10 Quaenam te mala mens, miselle Ravide,
 Agit praecipitem in meos iambos?
 Quis deus tibi non bene advocatus
 Vecordem parat excitare rixam?
 An ut pervenias in ora vulgi?
 15 Quid vis? qua lubet esse notus optas?
 Eris, quandoquidem meos amores
 Cum longa voluisti amare poena.

20, 20. sei *Laurentianus*: seu *DL.* 21. Subsellium *DL.*
 cum excitat (recitat *L.*) orator *DL.* 22. 23. om *D.* 22. pii
Parisinus: impii *Laurentianus* et *Riccardianus*, impium *L.*
 filii *L.* 25. Quocunque *L.* hinc *D.* 27. te addidit *Spenge-*
lius. 29. porcus *Scaliger*, fartus *Venator*, pastus *Vossius.*
 30. lanuvinus *DL.*, lamivinus *Laurentianus.*
 21, 1. ut *D.*: aut *L.* 5. Nunc Celtiber es *Corradinus de*
Allio. 6. minsit *D.* sua sibi urina *Appuleius* in apolog.
p. 277 *Elm.* 7. russam *Appuleius*: rusam *D.*, rufam *L.*
 punicare *Appuleius.* 9. lotus *DL.* 10. Ravide *L.*: invide *D.*
 14. perveniamus in *DL.* 17. penna *L.* et in margine poema.

Ameana puella defututa
 Tota milia me decem poposcit,
 20 Ista turpiculo puella naso,
 Decoctoris amica Formiani.
 Propinqui, quibus est puella curae,
 Amicos medicosque convocate:
 Non est sana puella. nec rogate,
 25 Qualis sit: solet et imaginisum.

Adeste, hendecasyllabi, quot estis
 Omnes undique, quotquot estis omnes.
 Iocum me putat esse moecha turpis
 Et negat mihi nostra reddituram
 30 Pugillaria, si pati potestis.
 22 Persequamur eam, et reflagitemus.
 Quae sit, quaeritis. illa, quam videtis
 Turpe incedere, mimice ac moleste
 Ridentem catuli ore Gallicani.
 5 Circumsistite eam, et reflagitate,
 'Moecha putida, redde codicillos,
 Redde, putida moecha, codicillos.'
 Non assis facis? o lutum, lupanar,
 Aut si perditius potest quid esse.
 10 Sed non est tamen hoc satis putandum.
 Quod si non aliud potest, ruborem
 Ferreo canis exprimamus ore.
 Conclamate iterum altiore voce
 'Moecha putida, redde codicillos,
 15 Redde, putida moecha, codicillos,'
 Sed nil proficimus, nihil movetur.
 Mutanda est ratio modusque vobis,
 Siquid proficere amplius potestis,
 'Pudica et proba, redde codicillos.'

21, 18. A me an a puella D; Amoena agme puella L. de-
 futura L. 22. puelle D. 24. rogare D. 25. olet L.
 et] haec *Itali*. 29. nostra *Charisius p. 75*: vestra *DL*. red-
 diturum *Charisias*.

22, 1. Prosequamur D. 2. illam *DL*. 3. mirmice D,
 mirinice L. *correxerit Turnebus*. 4. catulli L. 7. om D.
 10. satis tamen hoc L, tamen satis hoc *Laurentianus et Riccar-*
dianus. 12. Ferre ó L, Ferrem ó D. 16. nihil *DL*. nil D.
 17. nobis *DL*.

20 **S**alve, nec minimo puella naso
 Nec bello pede nec nigris ocellis
 Nec longis digitis nec ore sicco
 Nec sane nimis elegante lingua,
 Decoctoris amica Formiani.

25 Ten provincia narrat esse bellam?
 Tecum Lesbia nostra comparatur?
 O saeculum insapiens et infacetum!

O funde noster seu Sabine seu Tiburs,
 (Nam te esse Tiburtem autumant, quibus non est
 30 Cordi Catullum laedere: at quibus cordi est,
 23 Quovis Sabinum pignore esse contendunt)
 Sed seu Sabine sive verius Tiburs,
 Fui libenter in tua suburbana
 Villa malamque pectore expuli tussim,
 5 Non inmerenti quam mihi meus venter,
 Dum sumptuosas appeto, dedit, cenas.
 Nam, Sestianus dum volo esse conviva,
 Orationem in Antium petitozem
 Plenam veneni et pestilentiae legit.
 10 Hic me gravido frigida et frequens tussis
 Quassavit usque dum in tuum sinum fugi
 Et me recuravi otioque et urtica.
 Quare refectus maximas tibi grates
 Ago, meum quod non es ultra peccatum.
 15 Nec deprecor iam, si nefaria scripta
 Sesti recepso, quin gravedinem et tussim
 Non mihi, sed ipsi Sestio ferat frigus,
 Qui tunc vocat me, cum malum librum legit.

Acmem Septimius suos amores

20 Tenens in gremio 'mea' inquit 'Acme,

22, 29. autumat L. 30. est cordi D.

23, 1. sabini pignioris D. 2. sive L: seu D. 4. aliam-
 que DL. expulsus sim L, expulsus sum D. 5. mens vertur L,
 mens virtus D. *correxit Faernus* 7. convivii D, convivis Ric-
 cardianus. 8. minantium petitorum DL. *correxit Statius*.
 in Actium petitozem Itali. 9. legi DL. 10. gravedo L.
 11. sinum tuum D. 12. ocio L. 16. Sestire (Sistire D) cepso
 DL. qui L, si D. 17. septio DL, sertio Laurentianus.
 19. Acmen Laurentianus et Riccardianus: Agmen DL. septi-
 mos DL. 20. ac me Laurentianus et Riccardianus, agme DL.

- Ni te perdit amo atque amare porro
 Omnes sum assidue paratus annos
 Quantum qui pote plurimum perire,
 Solus in Libya Indiaque tosta
 25 Caesio veniam obuius leoni.
 Hoc ut dixit, Amor, sinistra ut ante,
 Dextra sternuit approbationem.
 At Acme leviter caput reflectens
 Et dulcis pueri ebrios ocellos
 30 Illo purpureo ore saviata
 24 'Sic,' inquit 'mea vita Septumille,
 Huic uni domino usque serviamus,
 Ut multo mihi maior acriorque
 Ignis mollibus ardet in medullis.'
 5 Hoc ut dixit, Amor, sinistra ut ante,
 Dextra sternuit approbationem.
 Nunc ab auspicio bono profecti
 Mutuis animis amant amantur.
 Unam Septimius misellus Acmen
 10 Mavult quam Syrias Britanniasque:
 Uno in Septimio fidelis Acme
 Facit delicias libidinesque.
 Quis ullos homines beatiore
 Vidit, quis Venerem auspiciorem?

- 15 Iam ver egelidos refert tepores,
 Iam caeli furor aequinoctialis
 Iocundis Zephyri silescit aureis.
 Linquntur Phrygii, Catulle, campi
 Nicaeaeque ager uber aestuosae:
 20 Ad claras Asiae volemus urbes.
 Iam mens praetrepidans avet vagari,

23, 21. perdit *Laurentianus*. 23. potest *DL*. 26. amore
 sinistra *D*. 27. approbatione *DL*. 28. Ad hanc me *DL*.
 reflecteris *Laurentianus*. 30. Illos *D*, saniata *D*.
 24, 1. septimulle *L*, septimille *D*, septinuella *Laurentianus*.
 5. sinistravit ante *Laurentianus et Riccardianus*. 6. Dextram
DL. 9. septimius *Laurentianus et Riccardianus*: septimius *D*,
 septimius *L*. agmen *L*, agmenem *D*. 10. syriasque *D*. 11. Ut
 non in *D*. ac me *Laurentianus et Riccardianus*, agme *DL*.
 12. libidinisque *D*. 15. vere gelidos *DL*. refers *L*. 17. Io-
 cundus *L*. aureis *Laurentianus*: auris *DL*. 18. Linquntur *D*.
 19. ruber *DL*. estu ore *D*.

Iam laeti studio pedes vigescunt.
 O dulces comitum valetе coetus,
 Longe quos simul a domo profectos
 25 Diversae variae viae reportant.

Porci et Socratio, duae sinistrae
 Pisonis, scabies famesque mundi,
 Vos Veranniolo meo et Fabullo
 Verpus praeposuit Priapus ille?
 30 Vos convivia lauta sumptuose
 25 De die facitis? mei sodales
 Quaerunt in trivio vocationes?

Mellitos oculos tuos, Iuventi,
 Siquis me sinat usque basiare,
 5 Usque ad milia basiem trecenta,
 Nec unquam videar satur futurus,
 Non si densior aridis aristas
 Sit nostrae seges osculationis.

Disertissime Romuli nepotum,
 10 Quot sunt quotque fuere, Marce Tulli,
 Quotque post aliis erunt in annis,
 Gratias tibi maximas Catullus
 Agit pessimus omnium poeta,
 Tanto pessimus omnium poeta
 15 Quanto tu optimus omnium patronus.

Hesterno, Licini, die otiosi
 Multum lusimus in meis tabellis,
 Ut convenerat esse delicatos.
 Scribens versiculos uterque nostrum
 20 Ludebat numero modo hoc modo illoc,
 Reddens mutua per iocum atque vinum.

24, 24. quos *D*: que *L*, quoque *Laurentianus*. 28. vera-
 niolo *D*. 29. proposuit *DL*. 30. laute *D*.
 25, 2. inventi *DL*. 6. Nec numquam *Laurentianus et pr*
Riccardianus. videar *Guarinus*; inde cor *L*, inde tot *D*.
 10. Quod *D*. quot *L*. fuerunt *DL*. 15. patron. *D*, patro-
 num *Laurentianus et Riccardianus*. 16. lucini *D*. 17. ta-
 bulis *D*.

- Atque illinc abii tuo lepore
 Incensus, Licini, facetiisque,
 Ut nec me miserum cibus iuaret,
 25 Nec somnus tegeter quiete ocellos,
 Sed toto indomitus furore lecto
 Versarer cupiens videre lucem,
 Ut tecum loquerer, simulque ut essem.
 At defessa labore membra postquam
 30 Semimortua lectulo iacebant,
 26 Hoc, iocunde, tibi poema feci,
 Ex quo perspiceres meum dolorem.
 1 Nunc audax cave sis, precesque nostras,
 Oranus, cave despuas, ocelle,
 Ne poenas Nemesis reposita a te.
 Est vehemens dea: laedere hanc caveto.

- 5 Ille mi par esse deo videtur,
 Ille, si fas est, superare divos,
 Qui sedens adversus identidem te
 Spectat et audit
 Dulce ridentem, misero quod omnis
 10 Eripit sensus mihi: nam simul te,
 Lesbia, aspexi, nihil est super mi
 Lingua sed torpet, tenuis sub artus
 Flamma demanat, sonitu suo
 15 Tintinant aures, gemina teguntur
 Lumina nocte.
 Otium, Catulle, tibi molestum est:
 Otio exultas nimiumque gestis.
 Otium et reges prius et beatas
 20 Perdidit urbes.

25, 22. abii DL. 23. lucini D. faceti tuique DL.
 24. me om L solus. 25. somnos D. 27. Versaretur DL.
 cupidus L. 28. essem L: omnem D. 29. Ad DL.
 26. Hoc. Ex quo. *hos duos versus codices et hic habent et iterum in fine paginae post v. 30.* 1. cave sis] caveris D, caneris L. 2. ocello DL. 3. nemesis L: ne messis Laurentianus et Riccardianus, ne nemesis D. reponat pr L et Riccardianus. 5. mihi L. impar DL. 7. aversus D. 9. quod L: que D. 12. 'In codice antiquo et manu scripto aderat fenestra loco versus Adonii' Guarinus. 15. Tintinant Riccardianus: Tintinnant DL. geminae Schraderus. 17. catulli DL.

Quid est, Catulle? quid moraris emori?
 Sella in curuli Struma Nonius sedet,
 Per consulatum peierat Vatinius:
 Quid est, Catulle? quid moraris emori?

25. **R**isi nescio quem modo e corona,
 Qui, cum mirifice Vatiniana
 Meus crimina Calvos explicasset,
 Admirans ait haec manusque tollens,
 'Dii magni, salaputium disertum!'

30 **O**thonis caput oppido est pusillum,
 27 Et heri rustice semilauta cura,
 Subtile et leve peditum Libonis.

Si non omnia displicere vellem
 Tibi, et sufficio seni recocto.

5 Irascere iterum meis iambis
 Inmerentibus, unice imperator.

Oramus, si forte non molestum est,
 Demostres, ubi sint tuae tenebrae.
 Te campo quaesiviinus minore,
 10 Te in circo, te in omnibus libellis,
 Te in templo summi Iovis sacrato.
 In Magni simul ambulatione
 Femellas omnes, amice, prendi,
 Quas vultu vidi tamen serenas.
 15 Ah vel te sic ipse flagitabam,

26, 21. 24. mori DL. 22. Scrofa *Marius Victorinus* p. 2575.
 Nonius *Plinius h. n.* 37, 6. *Boethius de consol. ph.* 3, pr. 4.
Atilius Fortun. p. 2673 et *Victorinus: novius Laurentianus*, no-
 vus L, nevius D. 25. e] et DL. 27. Meos DL. carmina
 D et pr L. 28. inaniusque *Laurentianus*. 29. salaputium]
 sic fere codices *Senecae contrav.* 3, 19. nisi quod in *secunda vo-*
cali variant: salapucium Parisinus, salapantium DL. deser-
 tum L. 30. Octonis D.

27, 2. perditum D. 3. desplicere D. 4. seniore copto DL,
 seniore cocto *Laurentianus*. 7. molestus es DL. 9. in mi-
 nore DL. *correxerit Scaliger.* 13. prehendi L, perdidit D.
 14. serena *Laurentianus*. 15. A L. velte L, vellite D.

'Camerium mihi, pessimae puellae.'

Quaedam inquit nudum reduce . . .

'En hic in roseis latet papillis.'

Sed te iam ferre Herculei labos est.

20 Tanto te in fastu negas, amice?

Dic nobis ubi sis futurus, ede

Audacter, committe, crede lucei.

Num te lacteolae tenent puellae?

Si linguam clauso tenes in ore,

25 Fructus proiicies amoris omnes:

Verbosa gaudet Venus loquella.

Vel si vis, licet obseres palatum,

Dum vestri sim particeps amoris.

O rem ridiculam, Cato, et iocosam

30 Dignamque auribus et tuo cachinno.

28 Ride, quicquid amas, Cato, Catullum:

Res est ridicula et nimis iocosa.

Deprendi modo pupulum puellae

Trusantem: hunc ego, si placet Dionae,

5 Protelo rigida mea cecidi.

Pulchre convenit improbis cinaedis,

Mamurrae pathicoque Caesarique.

Nec mirum: maculae pares utrisque,

Urbana altera et illa Formiana,

10 Impressae resident nec eluentur:

Morbosi pariter, gemelli utrique,

Uno in lectulo, erudituli ambo,

Non hic quam ille magis vorax adulter,

27, 17. Quendam DL. reduc L: sinum reducens *Avantius*.

18. En *Laurentianus*: Hem D, Et L. haec L. in virosis D.

19. labor D. Post hunc decem versus collocandos puto, qui in fine proxima paginae leguntur 28, 21 — 30.

20. ten *Muretus*. faustu margo L. 22. hoc committe DL. hoc comiter crude *Laurentianus*.

lucet D, licet L. *correxit Scaliger*.

23. Nunc DL. 24. tenens D solus. 25. Fluctus L solus.

26. loquela D. 28. nostri sis DL.

28, 3. Deprehendi modo pupulum DL. 4. Trusantem: ego hunc D.

5. rigido meo D solus, 7. Murmure patico D.

8. paris DL. 10. nec eluentur DL. 7. Murmure patico D.

virisque pr L.

10, nec eluentur DL.

Rivales, socii et puellularum.

15 Pulchre convenit improbis cinaedis.

Caeli, Lesbia nostra, Lesbia illa,
 Illa Lesbia, quam Catullus unam
 Plus quam s. atque suos amavit omnes,
 Nunc in quadriviis et angiportis
 20 Glubit magnanimos Remi nepotes.

Non custos si fingar ille Cretum,
 Non si Pegaseo ferar volatu.
 Non Ladas ego pinnipesve Perseus,
 Non Rhesi niveae citaeque bigae.

25 Adde huc plumipedes volatilesque,
 Ventorumque simul require cursum.
 Quos iunctos, Cameri, mihi dicares,
 Defessus tamen omnibus medullis
 Et multis langoribus peresus

30 Essem te mihi, amice, quaeritando.

29 Bononiensis Rufa Rufulum fellat,
 Uxor Meneni, saepe quam in sepulcretis
 Vidistis ipso rapere de rogo cenam,
 Cum devolutum ex igne prosequens panem
 5 Ab semiraso tunderetur ustore.

Num te leaena montibus Libystinis
 Aut Scylla latrans infima inguinum parte
 Tam mente dura procreavit ac tetra,
 Ut supplicis vocem in novissimo casu
 10 Contemptam haberes ah nimis fero corde?

28, 15. Pulchre D. 16. vestra L. 20. magna admiremini
 nepotes DL. magnanimi Vossius. 21. conf. 27, 19. fingat D.
 22. ferat D. 23. primipesve L, pennipesque D. 24. vineae
 L. 25. huc om L. plumipedas L. 27. cunctos Schraderus.
 29, 1. rufa (ruta D) rufum DL. fellat Laurentianus: fal-
 lat DL. 3. ipsis L solus. 5. Ab Laurentianus: Abs L, A D.
 6. libisinis D, libysinis L. correxit Scaliger: 7. sylla D.
 8. an terra D. 9. supplicis D. 10. Contentam D, Con-
 tactam Laurentianus, Contemptum L. ah nimis D: animis
 Parisinus et Laurentianus, animi L.

Collis o Heliconii
 Cultor, Uraniae genus,
 Qui rapis teneram ad virum
 Virginem, o Hymenaeae Hymen,
 15 O Hymen Hymenaeae,
 Cinge tempora floribus
 Suave olentis amaraci,
 Flammeum cape, laetus huc
 Huc veni niveo gerens
 20 Luteum pede soccum,
 Excitusque hilari die
 Nuptialia concinens
 Voce carmina tinnula
 Pelle humum pedibus, manu
 25 Pineam quate taedam.
 Namque Vinia Manlio,
 Qualis Idalium colens
 Venit ad Phrygium Venus
 Iudicem, bona cum bona
 30 Nubet alite virgo,
 30 Floridis velut enitens
 Myrtus Asia ramulis,
 Quos Hamadryades deae
 Ludicrum sibi rosido
 5 Nutriunt humore.
 Quare age huc aditum ferens
 Perge linquere Thespieae
 Rupis Aonios specus,
 Nympha quos super irrigat
 10 Frigerans Aganippe,
 Ac domum dominam voca
 Coniugis cupidam novi,
 Mentem amore revinciens,
 Ut tenax hedera huc et huc
 15 Arborem implicat errans.
 Vosque item simul, integrae

29, 11. eliconei *DL.* 15. O hymenaeae hymen *DL. correxi*
secundum p. 31, 1. 17. amarici *DL.* 23. tumula *DL.*

26 iunia *Laurentianus et Riccardianus*, Viniam *L.* Manlio
Parisinus: mallio DL.

30, 11. Ac deomum *D.* 12. Coniugii *D solus.* 13. revin-
 cens *DL.*

- Virgines, quibus advenit
 Par dies, agite in modum
 Dicite 'o Hymenaeae Hymen,
 20 O Hymen Hymenaeae,
 Ut lubentius, audiens
 Se citarier ad suum
 Munus, huc aditum ferat
 Dux bonae Veneris, boni
 25 Coniugator amoris.
 Quis deus magis amatis
 Est petendus amantibus?
 Quem colent homines magis
 Caelitum? o Hymenaeae Hymen,
 31 O Hymen Hymenaeae.
 Te suis tremulus parens
 Invocat, tibi virgines
 Zonula soluunt sinus,
 5 Te timens cupida novos
 Captat aure maritus.
 Tu fero iuveni in manus
 Floridam ipse puellulam
 Dedis a gremio suae
 10 Matris, o Hymenaeae Hymen,
 O Hymen Hymenaeae.
 Nil potest sine te Venus,
 Fama quod bona comprobet,
 Commodi capere: at potest
 15 Te volente, quis huic deo
 Compararier ausit?
 Nulla quit sine te domus
 Liberos dare, nec parens
 Stirpe vincier: at potest
 20 Te volente, quis huic deo
 Compararier ausit?

30, 18. nodum *L.* 20. *om DL*, O hymenaeae hymenaeae hy-
 men *Parisinus et Laurentianus*. 21. libentius *D.* 24. Dii
pr L solus. bonae] bene *D solus*. 27. pentendus *D.*

30. Comperarier (*Compararier L*) ausit *DL*.

31, 1. O hymenaeae (*O hymen L*) himenaeae ymen *DL*. 2. Tu
D. sui *DL*. si remulus *L*, si remus *D.* 6. maritos *DL*.

7. fer o *DL*. iuvenis in *L*. 11. O Hymen *om L*, Hymen
om D. 13. Fabia *pr L solus*. que *D solus*. 17. qui *L*.

19. nitier *Parisinus*, vicier *Laurentianus*. cingier *Schraderus*.

- Quae tuis careat sacris,
 Non queat dare praesides
 Terra finibus: at queat
 25 Te volente. quis huic deo
 Compararier ausit?
 Claustra pandite ianuae,
 Virgo ades. viden ut faces
 Splendidas quatiunt comas?
 30 Tardet ingenuus pudor:
 32 Flet, quod ire necesse est.
 Flere desine. non tibi,
 Aurunculeia, periculum est,
 Nequa femina pulchrior
 5 Clarum ab Oceano diem
 Viderit venientem.
 Talis in vario solet
 Divitis domini hortulo
 Stare flos hyacinthinus.
 10 Sed moraris, abit dies:
 Prodeas, nova nupta.
 Prodeas, nova nupta, si
 Iam videtur, et audias
 Nostra verba. vide ut faces
 15 Aureas quatiunt comas:
 Prodeas nova nupta.
 Non tuus levis in mala
 Deditus vir adultera
 Proca turpia persequens
 20 A tuis teneris volet
 Secubare papillis,
 Lenta qui velut adsitas
 Vitis implicat arbores,
 Implicabitur in tuum

31, 22. saccis *D.* 23. adest *DL.* ades *Schraderus.*
 32. pagina summa codices ponunt versum 27. 3. Aurunculeia codex interpolatus *Vallierianus a.* 1481: *Aurunculeia DL.*
 5. Claro *D.* 8. hominis *pr L.* 9. yacintius *L.* 10. 25.
 33, 3. 35, 23. abiit *DL.* 11. om *DL.* 13 — 16. *Laurentianus* ponit post 17 — 19. 14. viden ut *DL.* 19. Procatur pia *DL.*, Procatur turpia *Parisinus.* Proba turpia *Itali.* 20. volet *Parisinus et Laurentianus:* nolet *D.* nollet *L.* 22. Lentaque velut *DL.*

23 Complexum. sed abit dies:

Prodeas, nova nupta.

Quem tamen magis audiens

O cubile, quod omnibus

Candido pede lecti,

¹³⁰ Quae tuo veniunt hero,

33 Quanta gaudia, quae vaga

Nocte, quae medio die

Gaudeat! sed abit dies:

Prodeas, nova nupta.

5 Tollite, o pueri, faces:

Flammeum video venire.

Ite, concinite in modum

'Io Hymen Hymenaeae io,

Io Hymen Hymenaeae.

10 Ne diu taceat procax

Fescennina locutio,

Nec nuces pueris neget

Desertum domini audiens

Concubinus amorem.

15 Da nuces pueris, iners

Concubine: satis diu

Lusisti nucibus: lubet

Iam servire Thalassio.

Concubine, nuces da.

20 Sordebant tibi villicae,

Concubine, hodie atque heri:

Nunc tuum cinerarius

Tondet os. miser ah miser

Concubine, nuces da.

25 Diceris male te a tuis

Unguentate glabris marite

Abstinerere: sed abstine.

32, 27. huc revocavi. 28. 29. 'Post ista duo carmina fenestra in codice antiquo sequitur' Guarinus.

33, 5. o om DL. 7. post 9 ponunt DL. 9 et 34, 4. 9. 14. 19. 24. 29. 35, 4. 9. 14. io in fine addunt DL. ceterum pro io in initio versuum O legendum est cum Ald. 1502 10. Neu L. taceatis DL. 11. Fescennina D. locutio Laurentianus et pr Riccardianus. iocatio Heinsius. 18. talasio D. 21. eri D. 22. tuus L. 25. Diceris malle DL. te atius D.

- Io Hymen Hymenaeë io,
 Io Hymen Hymenaeë.
 30 Scimus haec tibi quae licent
 34 Sola cognita: sed inarito
 Ista non eadem licent.
 Io Hymen Hymenaeë io,
 Io Hymen Hymenaeë.
 5 Nupta, tu quoque, quae tuus
 Vir patet, cave ne neges,
 Ni petitum aliunde eat.
 Io Hymen Hymenaeë io,
 Io Hymen Hymenaeë.
 10 En tibi domus ut potens
 Et beata viri tui,
 Quae tibi sine fine erit
 (Io Hymen Hymenaeë io,
 Io Hymen Hymenaeë)
 15 Usque dum tremulum movens
 Cana tempus anilitas
 Omnia omnibus annuit.
 Io Hymen Hymenaeë io,
 Io Hymen Hymenaeë.
 20 Transfer omine cum bono
 Limen aureolos pedes,
 Rasilemque subi forem.
 Io Hymen Hymenaeë io,
 Io Hymen Hymenaeë.
 25 Aspice, unus ut accubans
 Vir tuus Tyrion in toro
 Totus immineat tibi.
 Io Hymen Hymenaeë io,
 Io Hymen Hymenaeë.
 30 Illi non minus ac tibi
 35 Pectore uritur intimo
 Flamma, sed penite magis.

33, 29. om D, *Laurentianus et Riccardianus.* io in fine
add L.

34, 5. tuis D. 7. Ne L. 12. fine om L, *Laurentianus*
et *Riccardianus.* erit *Avantius*: servit DL. 16. anilis aetas
DL. 17. annuit D. annuet *Itali.* 20. Transfer D. omnis
ne D, omne L. 22. sibi DL. 25. intus *Statius.* 30. Illo
D solus.

35, 1. urimur pr L et *Laurentianus.* imo D.

- Io Hymen Hymenaeae io,
 Io Hymen Hymenaeae.
 5 Mitte brachiolum teres,
 Praetextate, puellulae:
 Iam cubile adeant viri.
 Io Hymen Hymenaeae io,
 Io Hymen Hymenaeae.
 10 Bonae senibus unis
 Cognitae breve feminae,
 Cellocate puellulam.
 Io Hymen Hymenaeae io,
 Io Hymen Hymenaeae.
 15 Iam licet venias, marite:
 Uxor in thalamo tibi est
 Ore floridulo nitens,
 Alba parthenice velut
 Luteumve papaver.
 20 At, marite, (ita me iuvent
 Caelites) nihilo minus
 Pulcher es, neque te Venus
 Negligit. sed abit dies:
 Perge, ne remorare.
 25 Non diu remoratus es,
 Iam venis. bona te Venus
 Iuverit, quoniam palam
 Quod cupis capis et bonum
 Non abscondis amorem.
 30 Ille pulveris Africe
 36 Siderumque micantium
 Subducatur numerum prius,
 Qui vestri numerare volt
 Multa milia Iudei.

35, 6. Pretestatae D. puellae DL. 7. adeant L. 10. uvis
 L. Vos bonae senibus viris Scaliger. 11. herve Laurentianus.
 12. puellam DL. 16. tibi est Parisinus: ubi est L, est tibi D
 et corr L. 17. florido D. 18. velut] vultu DL. 19. Lu-
 teum ut L. 20-24. libri ponunt post 29. correxit Scaliger.
 20. Ad (At D) maritum tamen iuvenem (iuvenem D) DL. correxit
 Scaliger. 22. Pulchre res DL. nec D et pr L. 24. ne
 rememorare Laurentianus et pr Riccardianus. 25. remorata es
 DL. 27. Invenit DL. 29. abscondas DL. 30. Africi
 Heinsius: ericei Parisinus et Laurentianus, ericet L, ericea D.
 36, 3. nostri DL. volunt DL. 4. ludere DL.

- 5 Ludite ut lubet, et brevi
 Liberos date. non decet
 Tam vetus sine liberis
 Nomen esse, sed indidem
 Semper ingenerari.
- 10 Torquatus volo parvulus
 Matris e gremio suae
 Porrigens teneras manus
 Dulce rideat ad patrem
 Semihiante labello.
- 15 Sit suo similis patri
 Manlio et facile inscieis
 Noscitetur ab omnibus
 Et pudicitiam suae
 Matris indicet ore.
- 20 Talis illius a bona
 Matre laus genus approbet,
 Qualis unica ab optima
 Matre Telemacho manet
 Fama Penelopeo.
- 25 Claudite ostia, virgines:
 Lusimus satis. at, bonei
 Coniuges, bone vitei et
 Munere assidue valentem
 Exercete iuventam.
- 30 Vesper adest: iuvenes, consurgite: Vesper Olympo
 37 Expectata diu vix tandem lumina tollit.
 Surgere iam tempus, iam pingues linquere mensas:
 Iam veniet virgo, iam dicetur Hymenaeus.
 Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae.
 5 Cernitis, innuptae, iuvenes? consurgite contra.

36, 5. Et ludite et lubet *DL.* 8. indidem *L.* ibidem *D.*
 9. ingenerati *D.* 14. Sed mihi ante *DL.* *correxerit Scaliger. ante eum Itali* Sed hiante. 16. Mallio *L.* facie *Burmannus cecundus ad anthol. Lat. 1, 125 et 4, 201.* insciens *DL.*
 18. suam *DL.* 21. Matrizans genus *D et Riccardianus.*
 23. theleamaco *D,* thelamaco *L.* 24. penelopeo *D.* 26. ad *DL.*
 bolnei *L.* 27. bonae vitae (*omisso et*) *L.* bonae vitae et *Parisinus et Laurentianus. bene vivite et Itali.* 30. consurgit *D.*
 37, 1. solvit *L.* 3. ducetur *L.* 5. consurgi eretera *T*
 (*Thuaneus antiquissimus inter Parisinos regios 8071, in quo hoc epithalamium Catulli legitur.*)

- Nimirum Oetaeos ostendit Noctifer ignes.
 Sic certe: viden ut perniciousiter exiluerunt?
 Non temere exiluerunt: canent, quo visere par est.
 Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae.
 10 Non facilis nobis, aequales, palma parata est:
 Aspice, innuptae secum ut meditata requirunt.
 Non frustra meditantur: habent memorabile quod sit.
 Nos alio mentes, alio divisimus aures:
 Iure igitur vincemur: amat victoria curam.
 15 Quare nunc animos saltem committite vestros:
 Dicere iam incipient, iam respondere decebit.
 Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae.
 Hesperes, qui caelo fertur crudelior ignis?
 Qui natam possis complexu avellere matris,
 20 Complexu matris retinentem avellere natam,
 Et iuveni ardenti castam donare puellam.
 Quid faciunt hostes capta crudelius urbe?
 Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae.
 Hesperes, qui caelo lucet iocundior ignis?
 25 Qui desponsa tua firmes connubia flamma,
 Quae pepigere viri, pepigerunt ante parentes,
 Nec iunxere prius quam se tuus extulit ardor.
 Quid datur a divis felici optatius hora?
 Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae.
 30 Hesperus e nobis, aequales, abstulit unam.

38 Namque tuo adventu vigilat custodia semper.
 Nocte latent fures, quos idem saepe revertens,

37, 6. Oetaeos *T*: hoc eos *DL*. Eos *Itali*. imbres *T*,
 imber *DL*. 7. certos *T*. perniciousiter exilluere *D*. 8. quod *T*.
 fortasse sidere. par est *T*: parent *DL*. 10. facile *corr L*.
 nobilis *T*. aequalis *DL*. 11. innuptaeque *DL*. medi-
 tata requirunt *T*: meditata requaerunt *D*, meditare quaerunt *L*,
 mediamine quaerunt *Parisinus*. meditamina quaerunt *Itali*.
 12. memora psile *T*. post 12. Nec mirum penitus quae tota
 mente laborent *add T*. 15. Non *T*. 15. non *DL*. alios *D*.
 18. quis *T*. potuit, *al. fertur L*. 20. avelle *T*. 24. quis *T*.
 25. fines *T*. 26. Quo *DL*. vir *T*. 28. a *om T*.
 30—38, 6. *om pr L*. 30. aequalem *D*. Post p. 37 vix du-
 bitari potest quin paginae duae h. e. 60 versus perierint: nam
 totum carmen ita videtur constitutum fuisse, ut primum iuvenes
 canerent 5 versus, tum puellae item 5, iuv. 8, pu. 6, iuv. 6, pu. 8,
 iuv. 7, pu. 7, iuv. 8, pu. 11, iuv. 9, pu. 9, iuv. 8, pu. 10, iuv. 10, pu. 8.

- Hespere, mutato comprehendis nomine eosdem.
 At libet innuptis ficto te carpere questu.
 5 Quid tum, si carpunt, tacita quem mente requirunt?
 Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae.
 Ut flos in septis secretus nascitur hortis,
 Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
 Quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber
 10 (Multi illum pueri, multae optavere puellae:
 Idem cum tenui carptus defloruit ungui,
 Nulli illum pueri, nullae optavere puellae),
 Sic virgo, dum intacta manet, dum cara suis est:
 Cum castum amisit polluto corpore florem,
 15 Nec pueris iocunda manet nec cara puellis.
 Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae.
 Ut vidua in nudo vitis quae nascitur arvo,
 Nunquam se extollit, nunquam mitem educat uvam,
 Sed tenerum prono deflectens pondere corpus
 20 iam iam contingit summum radice flagellum
 (Hanc nulli agricolae, nulli coluere iuveni:
 At si forte eadem est ulmo coniuncta marito,
 Multi illam agricolae, multi accoluere iuveni),
 Sic virgo, dum intacta manet, dum inculta senescit:
 25 Cum par connubiun maturo tempore adeptam est,
 Cara viro magis et minus est invisam parenti.
 At tu ne pugna cum tali coniuge, virgo.
 Non aequum est pugnare, pater cui tradidit ipse,
 Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.
 30 Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est:
 39 Tertia pars patri data, pars data tertia matri,
 Tertia sola tua est. noli pugnare duobus,

38, 3. comperendis nomine eo spem *T.* nomine Eous *Schraderus*.
 4. Adlucet *T.* 5. quem] quem a *T.*, quā *D.*, quam *Laurentianus*,
 quod *pr Riccardianus*. 9. Quae mulcens aure firma *T.* 11. 12. om *T*
 et *Laurentianus*. 13. dum innupta *Quintilianus inst.* 9, 3, 16. p. 804.
 dum cara *Parisinus et Laurentianus*, itaque *Quintilianus*: tum cara *DLT.*
 sui *L.* est *Quintilianus*: sed *DLT.* 17. Et *T.* arvo] orto *D.* 18. extollit
 quam muniteam ducat uvam *T.* 19. prolectens *T.* 21. 23. om *D.* 22. Apsi *T.*
 ultimo *Laurentianus*. 23. coluere *Itali*. 24. tum inculta *T.* 26. Cura *DT.*
 virgo *L.* 27. Et tu nec *L* cum *Laurentiano et Riccardiano*, Et tua nec *T.*
 Tu non nec *D.* 28. equo *D.*, aequum *L.* 30. om *T.* in fine est om *D.*
 39, 1. Tertia patris pars est data tertia matri *T.* 2. solit tu est noli tu
 ignare duobus *T.*

Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.
Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae.

- 5 Super alta vectus Attis celeri rate maria
Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit
Adiitque opaca silvis redimita loca deae,
Stimulatus ibi furenti rabie, vagus animis,
Devolvit ile acuto sibi pondere silicis.
- 10 Itaque ut relicta sensit sibi membra sine viro,
Etiam recente terrae sola sanguine maculans
Niveis citata cepit manibus leve typanum,
Typanum, tubam Cybebes, tua, mater, initia,
Quatiensque terga taurei teneris cava digitis
- 15 Canere haec suis adorta est tremebunda comitibus.
'Agite ite ad alta, Gallae, Cybeles nemora simul,
Simul ite, Dindymenae dominae vaga pectora,
Aliena quae petentes velut exules loca
Sectam meam executae duce me mihi comites
- 20 Rapidum salum tulistis truculentaque pelagi
Et corpus evirastis Veneris nimio odio,
Hilarate aere citatis erroribus animum. *l. aegrum*
Mora tarda mente cedat: simul ite, sequimini
Phrygiam ad domum Cybebes, Phrygia ad nemora deae,
- 25 Ubi cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant,
Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo,
Ubi capita Maenades vi iaciunt ederigerae,
Ubi sacra sancta acutis ululatibus agitant,
Ubi suevit illa divae volitare vaga cohors,
- 30 Quo nos decet citatis celerare tripodibus.

39, 5. Attis celeri ratis *vel* rate *Terentianus Maurus* v. 2900
et Marius Victorinus p. 2602: athis celere (celer D) rate DL.
6. ut om *Atilius Fortunatianus* p. 2677. 2678. *idem* habet *prior*
loco cito et omittit pede. 8. ibi *Puccii et Minturni excerpta*:
ubi DL. amnis DL, animi Itali. 9. ile *de coniectura posui*:
iletas L, illectas D. silices DL. 11. maculas DL. 12. 13. tym-
panum DL. *correxist Scaliger.* 13. cybeles tu D, cybelles tu L.
14. tauri et DL. 15. hoc *Laurentianus.* 16. cybales D,
cybelles L. 17. dindimeneae D. vaga pectora dominae *Ahl-*
wardtus. 18. loca celeri DL. 19. exe tute D, excute *Lau-*
rentianus. 21. evitastis L. 22. Hilaritate D. aere citatis *Lau-*
rentianus: é recitatis marga L, crocitatibus DL. et erroribus D.
an animum DL. 24. cybeles D, cybelles L. 25. sonant D
solus. 27. menade sui DL. ei derigere D, ei dirigere L.
29. die D.

- 40 Simul haec comitibus Attis cecinit notha mulier,
 Thiasus repente linguis trepidantibus ululat,
 Leve tympanum remugit, cava cymbala recrepant,
 Viridem citus adit Idam properante pede chorns.
- 5 Furibunda simul anhelans vaga vadit animam agens
 Comitata tympano Attis per opaca nemora dux,
 Veluti iuvenca vitans onus indomita iugi:
 Rapidae ducem sequuntur Gallae properipedem.
 Itaque, ut domum Cybebes tetigere lassulae,
- 10 Nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.
 Piger his labante langore oculos sopor operit:
 Abit in quiete molli rabidus furor animi.
 Sed ubi oris aurei Sol radiantibus oculis
 Lustravit aethera album, sola dura, mare ferum,
- 15 Pepulitque noctis umbras vegetis sonipedibus,
 Ibi Somnus excitam Attin fugiens citus abiit:
 Trepidante eum recepit dea Pasithea sinu.
 Ita de quiete molli rapida sine rabie
 Simul ipsa pectore Attis sua facta recoluit,
- 20 Liquidaque mente vidit sine queis ubique foret,
 Animo aestuante rursum reditum ad vada tetulit.
 Ibi maria vasta visens lacrimantibus oculis,
 Patriam allocuta maestast ita voce miseriter.
 'Patria o mei creatrix, patria o mea genetrix,
- 25 Ego quam miser relinquens, dominos ut herifugae
 Famuli solent, ad Idae tetuli nemora pedem,
 Ut apud nivem et ferarum gelida stabula forem
 Et earum omnia adirem furibunda latibula,
 Ubinam aut quibus locis te positam, patria, reor?

40, 1. hoc *Laurentianus*. athis *D et margo L*, atris *L*.
 2. Thiasis *L*, Tasiis *D*. trepidantibus *D*. 5. anima gens *DL*,
 quod *correx*. 6. timpanos *D*. actis *D*, Athis *L*. 7. iuvenca
Laurentianus; iuvenca *DL*. iugi] luci *DL*. 8. sequitur *D*.
 propere pedem *DL*. *correx*it *Balth. Venator*. 9. ut om *L*.
 cybales *D*, cybelles *L*. 11. ocellos *D*. 12. Abiit in *DL*.
 molli in *fragmento Festi p. 82*: mollis *DL*. 13. horis aureis
DL. 14. cythara *pr L*. sol adura *DL*. 16. excitum *DL*,
 quod *correx*it. Athin *L*, athim *D*. 17. eum *Laurentianus*:
 cum *DL*. pasiteo *DL*, pasithes *Laurentianus*. 18. dee *D*.
 19. ipse *DL*. athis *DL*. 20. sineque his *DL*. 21. extuan-
 ter visum *D*, aestuanter usum *L*. retulit *DL*. 23. Patria *D*.
 allocuta est ita voce miseriter (*miserius Parisinus*, *miseritus Ric-*
cardianus) maiestas *DL*. *correx*it *Muretus*. 26. retuli *DL*.
 27. Vt caput *DL*. niveum *D*.

- 30 Cupit ipsa pupula ad te sibi dirigere aciem,
 41 Rabie fera carens dum breve tempus animus est.
 Egone a mea remota haec ferar in nemora domo?
 Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?
 Abero foro, palaestra, stadiō et gymnasiis? *f. stadiū et gymnasiū*
 5 Miser ah miser, querendum est etiam atque etiam, anime.
 Quod enim genus figuraest, ego non quod habuerim?
 Ego mulier, ego adolescens, ego ephebus, ego puer,
 Ego gymnasi fui flos, ego eram decus olei:
 Mihi ianuae frequentes, mihi limina tepida,
 10 Mihi floridis corollis redimita domus erat,
 Linquendum ubi esset orto mihi Sole cubiculum.
 Egon ah deum ministra et Cybeles famula ferar?
 Ego Maenas, ego mei pars, ego vir sterilis ero?
 Ego viridis algida Idae nive amicta loca colam?
 15 Ego vitam agam sub altis Phrygiae columinibus,
 Ubi cerva silvicultrix, ubi aper nemorivagus?
 Iam iam dolet quod egi, iam iamque paenitet.
 Roseis ut huic labellis sonitus abiit celer,
 Geminas deorum ad aures nova nuntia referens,
 20 Ibi iuncta iuga resolvens Cybele leonibus
 Laevumque pecoris hostem stimulans ita loquitur.
 'Agedum' inquit 'age ferox i, face ut hunc furor . . . ,
 Face uti furoris ictu reditum in nemora ferat,
 Mea libere ninis qui, fugere imperia cupit.
 25 Age caede terga cauda, tua verbera patere,
 Face cuncta mugienti fremitu loca retonent,

40, 30. pupula L. ad te Parisinus: athe Laurentianus, atte L, áte D.

41, 5. ah L: hac D. atque L: ac D. 6. Quid D. figura est DL. non quid (nunquid D) abierim DL. *correxerit Scaliger.* 7. Ego puer Scaliger. 8. gymnasi Laurentianus: gymnasti L, ginasti D. sui D. 10. floridis D. circulis L, circulus D. 11. solo DL. 12. Ego nec DL. *ex ec feci a.* Ego nunc Santenius. ferarum DL. 14. nive] ne ne DL. 15. columinibus DL. 16. nemora vagus Laurentianus. 17. que Laurentianus: om D, quod L. 18. hinc DL. adiit DL. celer, *quo vocabulo libri carent, ex eodem folii praecedentis versu 39, 18 huc revocavi.* 19. ad aures deorum D solus. 20. Vbi vineta DL. resolves D. cybeles D. 21. pectoris DL. 22. i Scaliger addidit. fac DL. *puto furor agitet.* 23. Fac ut DL, *quod correxi.* ictum L, ictum D. 25. tergo DL. tua verum vera patere (pater D) DL. 26. Fac DL. fremitum D.

Rutilam ferox torosa cervice quate iubam.
 Ait haec minax Cybebe religatque iuga manu.
 Ferus ipse sese adhortans rapidum incitat animo,
 30 Vadit, fremit, refringit virgulta pede vago.
 42 At ubi humida albicantis loca litoris adiit,
 Teneramque vidit Attin prope marmora pelagi,
 Facit impetum: illa demens fugit in nemora fera:
 Ibi semper omne vitae spatium famula fuit.
 50 Dea, magna dea, Cybebe, dea, domina Dindymeis,
 Procul a mea tuus sit furor omnis, hera, domo:
 Alios age incitatos, alios age rabidos.

Aditum ad collat. Latini a Laurentianis. P. 11. 589
 Peliaco quondam prognatae vertice pinus
 Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas

repleti. Faciles oetes. cum s. m. notis
 10 Phasidos ad fluctus et fines Aeetaeos,
 Cum lecti iuvenes, Argivae robora pubis,
 Auratam optantes Colchis avertere pellem
 Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi,
 Caerula verrentes abiignis aequora palmis.
 15 Diva quibus retinens in summis urbibus arces
 Ipsa levi fecit volitantem flamine currum, *f. currum*
 Pinea coniungens inflexae texta carinae.
 Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.
 Quae simul ac rostro ventosum proscidit aequor,
 20 Tortaque remigio spumis incanduit unda,
 Emergere feri candenti e gurgite vultus,
 Aequoreae monstrum Nereides admirantes. *f. ac et*
 Illa, atque alia, viderunt luce marinas
 Mortales oculi nudato corpore Nymphas

- 41, 28. cybele DL. 29. adorta lis L, adoram talis D.
 42, 2. Tenerumque DL, quod correxi. athin D, Athim L.
 marmorea DL. pelagi Laurentianus: pelago DL. 3. Fe-
 cit DL. ille DL, quod correxi. 5. cybele DL. dindy-
 mei L: dindimme D, dindymenei Riccardianus. 6. tuo D.
 7. rabidos Laurentianus: rapidos DL. 8. Peliaco Marius
 Victorinus p. 2581: Pelliaco DL. condam Laurentianus.
 10. oetes D, oeticos L. 11. puppis DL. 14. abigenis pr L.
 17. Pinee D. inflexit pr L. texta Laurentianus: testa DL.
 18. primam L. imbuit L: rudiit D. amphitritem D et
 margo L, amphitritionem L. 20. Tortaque excerpta Minturni:
 Totaque DL. 21. freti vel fero canenti Schraderus. 22. ne-
 riides amirantes D. 23. fortasse si qua alia. videre L.
 24. oculis DL.

- 25 Nutricum tenus extantes e gurgite cano.
 Tum Thetidis Peletis incensus fertur amore,
 Tum Thetis humanos non despexit hymenaeos,
 Tum Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit.
 O nimis optato saeculorum tempore nati
- 30 Heroes, salvete, deum genus, o bona mater, *matrem*
- 43 Vos ego saepe meo vos carmine compellabo,
 Teque adeo eximie taedis felicibus aucte
 Thessaliae columen Peleu, cui Iuppiter ipse,
 Ipse suos divum genitor concessit amores.
- 5 Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine? *neptunine*
 Tene suam Tethys concessit ducere neptem,
 Oceanusque, mari totum qui amplectitur orbem?
 Quae simul optatae finito tempore luces
 Advenero, domum conventu tota frequentat
- 10 Thessalia, oppletur laetanti regia coetu:
 Dona ferunt praese, declarant gaudia vultu.
 Deseritur Scyros, relinquunt Phthiotica, Tempe
 Cranonisque domos ac moenia Larisaea,
 Pharsalum coeunt, Pharsalia tecta frequentant.
- 15 Rura colit nemo, mollescunt colla iuvenctis,
 Non humilis curvis purgatur vinea rastris,
 Non glebam prono convellit vomere taurus,
 Non falx attenuat frondatorum arboris umbram,
 Squalida desertis rubigo infertur aratris.
- 20 Ipsius at sedes, quacunq;e opulenta recessit
 Regia, fulgenti splendent auro atque argento.
 Candet ebur soliis, collucent pocula mensae,
 Tota domus gaudet regali splendida gaza.
 Pulvinar vero divae geniale locatur
- 25 Sedibus in mediis, Indo quod dente politum
 Tincta tegit roseo conchyli purpura fuco.
 Haec vestis priscis hominum variata figuris
 Heroum mira virtutes indicat arte.

42, 28. Cum DL. 29. seculorum D. 30. dum D.

matre *Laurentianus*.

43, 2. thetis D, tethys L. 3. cum D. 5. neptunne D,
 neptine *Laurentianus*, nectine L. 6. concepsit D. 8. optato
 DL. 9. Ad lenire D, Allenire L. frequentant L. 11. victu
 L. 12. syros D. *fortasse* Phthiotida. 13. Gravinonis-
 que DL. *correxerit Victorius*. ac micenis alocrisea D, ac nicenis
 alacrisca L. 14. Pharsaliam DL. *correxerit Pontanus*. 20. ad
 DL. 22. ebur D. 25. quod L: que D.

- Namque fluentisono prospectans litore Diae
 30 Thesea cedentem celeri cum classe tuetur
 44 Indomitos in corde gerens Ariadna furores,
 Necdum etiam sese quae visit visere credit,
 Ut pote fallaci quae tum priinum excita somno
 5 Desertam in sola miseram se cernat arena.
 5 Inmemor at iuvenis fugiens pellit vada remis,
 Irrita ventosae linquens promissa procellae.
 Quem procul ex alga maestis Minois ocellis,
 Saxea ut effigies bacchantis, prospicit, euhoe,
 Prospicit et magnis curarum fluctuat undis,
 10 Non flavo retinens subtilem vertice mitram,
 Non contacta levi velatum pectus amictu,
 Non tereti strophio lactentis vincta papillas,
 Omnia quae toto delapsa e corpore passim
 Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.
 15 Set neque tum mitrae neque tum fluitantis amictus
 Illa vicem curans toto ex te pectore, Theseu,
 Toto animo, tota pendebat perdita mente.
 Ah misera, assiduis quam luctibus externavit
 Spinosas Erycina serens in pectore curas
 20 Illa tempestate, ferox quo ex tempore Theseus
 Egressus curvis e litoribus Piraei
 Attigit iniusti regis Gortynia tecta.
 Nam perhibent olim crudeli peste coactam
 Androgeoneae poenas exolvere caedis
 25 Electos iuvenes simul et decus inuuptarum
 Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.
 Quis angusta malis cum moenia vexarentur,
 Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis

43, 29. litora *Laurentianus*. dia *DL*.

44, 1. adriana *D*. 2. Ne dum *L*. seseque sui tui (terni
Laurentianus) se credit (credidit *L*) *DL*. correxit *Vossius*.
 8. Sassea *D*. heuhe *D*, heue *L*. 9. flutuat *D*. 12. lactan-
 tes *Isidorus* 19, 33 qui hunc versum ascribit *Cinnae*. luctantes
Muretus. cincta *Isidorus*. 13. tota *D solus*. delapso *D*,
 delapsae *L*. e om *D*. 15. Si *DL*. 17. prodebat *Lauren-*
tianus. 18. assidine *pr L*. externavit *D et Nonius* 2, 308:
 extenuavit *L*. 20. feroxque *DL*. ex *Italus in exemplari*
Veneto ed. Ald. 1502: et *L*, in *D*. 22. cortinia tenta *DL*.
 templa *Parisinus*, templa *Laurentianus*. 23. prohibent *D*.
 24. Cum androgeaneae *DL*. 27. moenia *L*; incena *D*, in cenia
Riccardianus.

Proicere optavit potius quam talia Cretam
 30 Funera Cecropiae nec funera portarentur,
 45 Atque ita nave levi nitens ac lenibus auris
 Magnanimum ad Minoa venit sedesque superbas.
 Hunc simul ac cupido conspexit lumine virgo
 Regia, quam suavis expirans castus odores
 5 Lectulus in molli complexu matris alebat,
 Quales Eurotae progignunt flumina myrtus
 Aurave distinctos educit verna colores,
 Non prius ex illo flagrantia declinavit
 Lumina, quam cuncto concepit corpore flammam
 10 Funditus atque imis exarsit tota medullis.
 Heu miserè exagitans inmiti corde furores
 Sancte puer, curis hominum qui gaudia misces,
 Quaeque regis Golgos quaeque Idalium frondosum,
 Qualibus incensam iactastis mente puellam
 15 Fluctibus in flavo saepe hospite suspirantem!
 Quantos illa tulit languenti corde timores!
 Quanto saepe magis fulgore expalluit auri!
 Cum saevum cupiens contra contendere monstrum
 Aut mortem oppeteret Theseus aut praemia laudis,
 20 Non ingrata, tamen frustra, munuscula divis
 Promittens tacito succendit vota labello.
 Nam velut in summo quatientem brachia Tauro
 Quercum aut conigeram sudanti cortice pinum
 Indomitus turbo contorquens flamine robur
 25 Eruit (illa procul radicibus exturbata
 Prona cadit, lateque tumieius obvia frangens), *f. tumens vis - frangens*
 Sic domito saevum prostravit corpore Theseus *tumet vis - fr.*
 Nequicquam vanis iactantem cornua ventis,
 Inde pedem sospes multa cum laude reflexit
 30 Errabunda regens tenui vestigia filo,

44, 29. Proicere D.

45, 1. leni nitens atque levibus D. 3. simulhac D.

6. europae pergignunt DL. 13. Quique DL. colchos DL.
 correxerit Avantius. quique D. 14. Qualibet L. 17. ful-

gure D. 19. oppeteret Laurentianus: opetere D, oppere L.

21. suspendit Parisinus. suscepit Statius. veta D. 22. veluti
 in D. 23. conigeram DL. corpore D. 24. Indomitum D.

25. Exuit L. radicibus Parisinus, Laurentianus, Riccardia-
 nus: radicitus DL. 26. tumieius D, cum eius L et Laurentia-
 nus, tum eius Riccardianus. fortasse late qua est impetus.

obvia Parisinus, Laurentianus et margo L: omnia DL.

30. tenens pr L.

- 46 Ne labyrinthis e flexibus egredientem
 Tecti frustraretur inobservabilis error.
 Sed quid ego a primo digressus carmine plura
 Commemorem, ut linquens genitoris filia vultum,
 5 Ut consanguineae complexum, ut denique matris,
 Quae misera in gnata deperdita laeta,
 Omnibus his Thesei dulcem praeoptarit amorem,
 Aut ut vecta ratis spumosa ad litora Diae,
 Aut ut eam devinctam lumina somno
 10 Liquerit immemori discedens pectore coniunx?
 Saepe illam perhibent ardenti corde furentem
 Clarisonas imo fudisse e pectore voces,
 Ac tum praeruptos tristem conscendere montes,
 Unde aciem in pelagi vastos protenderet aestus,
 15 Tum tremuli salis adversas procurrere in undas
 Mollia nudatae tollentem tegmina surae,
 Atque haec extremis maestam dixisse querelis,
 Frigidulos udo singultus ore cientem.
 'Siccine me patriis avectam, perfide, ab oris,
 20 Perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?
 Siccine discedens neglecto numine divum
 Inmemor ah devota domum periuria portas?
 Nullane res potuit crudelis flectere mentis
 Consilium? tibi nulla fuit clementia praesto,
 25 Inmite ut nostri vellet miserescere pectus?
 At non haec quondam nobis promissa dedisti
 Voce: mihi non haec miserae sperare iubebas,
 Sed connubia laeta, sed optatos hymenaeos,
 Quae cuncta aerei diserpunt irrita venti.
 30 Tum iam nulla viro iuranti femina credat,

46, 1. laberinthis DL. 2. frustrarentur L. 3. a Parisi-
 nus: cum DL. carmina Riccardianus. pluri D. 6. ignata
 DL, unguata margo L. fortasse laetabatur. 7. praeoptaret
 margo L, portaret DL. 8. fortasse rati. 9. fortasse Venerit,
 aut. devincta D, devicta L. 10. descendens D. 11. prohybent
 D. 12. Clarissimas D. 13. At L. tristes D, tristis L.
 ostendere D. 14. in om DL. praetenderet D. 17. haec
 Riccardianus: hoc L, om D et pr L. dixisse mesta D. 19. pa-
 tris advectam D, avertam Laurentianus. aris DL. 23. Nul-
 lave L. mentes L. 25. mitescere DL. 26. nobis] blanda
 margo L. 27. non Parisinus: nec DL. hoc L. spetare D.
 29. aerei D. diserpunt D, diserpunt L. ventis D.
 30. Nunc iam Guarinus, v. c. Minturno teste.

- 47 Nulla vii speret sermones esse fideles;
 Quis dum aliquid cupiens animus praegestit apisci,
 Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt:
 Sed simul ac cupidae mentis satiata libido est,
 5 Dicta nihil metuere, nihil periuria curant.
 Certe ego te in medio versantem turbine leti
 Eripui, et potius germanum amittere crevi,
 Quam tibi fallaci supremo in tempore deessem.
 Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque
 10 Praeda, neque iniecta tumulabor mortua terra.
 Quaenam te genuit sola sub rupe leaena,
 Quod mare conceptum spumantibus expuit undis,
 Quae Syrtis, quae Scylla rapax, quae vasta Charybdis,
 Talia qui reddis pro dulci praemia vita?
 15 Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,
 Saeva quod horrebas prisci praecepta parentis,
 At tamen in vestras potuisti ducere sedes,
 Quae tibi iocundo famularer serva labore
 Candida permulcens liquidis vestigia lymphis
 20 Purpureave tuum consternens veste cubile.
 Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris,
 Externata malo, quae nullis sensibus auctae
 Nec missas audire queunt nec reddere voces?
 Ille autem prope iam mediis versatur in undis,
 25 Nec quisquam apparet vacua mortalis in alga.
 Sic nimis insultans extremo tempore saeva
 Fors etiam nostris invidit questibus auris.
 Iuppiter omnipotens, utinam ne tempore primo
 Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes,
 30 Indomito nec dira ferens stipendia tauro
 48 Perfidus in Cretam religasset navita funem,
 Nec malus hic celans dulci crudelia forma
 Consilia in nostris requiesset sedibus hospes!
 Nam quo me referam? quali spe perdita nitor?

47, 4, 5. simul hac D. 10. intacta DL. 12. expumantibus D.
 13. silla D. iusta *Laurentianus*, rapta D. 16. Sevaque
 orrebas D. 17. potuisti DL. 20. Purpureaque D *solus*.

prosternens D. 21. conquerar DL. 22. Extenuata D, Exte-
 nuata L. 28. non *apud Macrobius Sat. 6, 1.* 30. ferens
 om D.

48, 1. creta relegasset D. 2. duci D. 3. Consilium no-
 stris requisisset DL.

- 5 Idomeneosne petam montes? ah gurgite lato
 Discernens pontum truculentum ubi dividit aequor?
 An patris auxilium sperem, quemne ipsa reliqui
 Respersum iuvenem fraterna caede secuta?
 Coniugis an fido consoler memet amore,
 10 Quine fugit lentos incurvans gurgite remos?
 Praeterea nullo litus, sola insula, tecto,
 Nec patet egressus pelagi cingentibus undis:
 Nulla fugae ratio, nulla spes: omnia muta,
 Omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.
 15 Non tamen ante mihi languescunt lumina morte,
 Nec prius a fesso secedent corpore sensus,
 Quam iustam a divis exposcam prodita multam,
 Caelestunque fidem postrema comprecet hora.
 Quare facta virum multantes vindice poena,
 20 Eumenides, quibus anguino redimita capillo
 Frons expirantis praeporat pectoris iras,
 Huc huc adventate, meas audite querelas,
 Quas ego, vae miserae, extremis proferre medullis
 Cogor inops, ardens, amenti caeca furore.
 25 Quae quoniam verae nascuntur pectore ab imo,
 Vos nolite pati nostrum vanescere luctum,
 Sed quali solam Theseus me mente reliquit,
 Tali mente, deae, funestet seque suosque.
 Has postquam maesto profudit pectore voces,
 30 Supplicium saevis exposcens anxia factis,
 49 Annuit invicto caelestum numine rector,
 Quo tunc et tellus atque horrida contremuerunt
 Aequora concussitque micantia sidera mundus.
 Ipse autem caeca mentem caligine Theseus
 5 Consitus oblito dimisit pectore cuncta,
 Quae mandata prius constanti mente tenebat,
 Dulcia nec maesto sustollens signa parenti

48, 5. Idmoneosne L, Idoneos ne D. a DL: at Puccii et
 aliorum excerpta. 6. Discedens Itali. 7. quem ve L.
 10. Quine excerpta Minturni: Quive DL. lentos margo L:
 ventos L, unctos D. 14. ostendunt D. 15. languescunt D
 solus. 17. multam DL. 18. comprecet DL. 19. multan-
 tes DL. 25. misera L. praeferre D. 27. qualis sola DL.
 28. funeste D. 30. ansia D.
 49, 1. invito L, in voto D. 2. et om Parisinus. Quo-
 modo tunc tellus L. contrumuere D. 4. mente D, mentis L.
 correxit Statius.

- Sospitem Erechtheum se ostendit visere portum.
 Namque ferunt olim, classi cum moenia divae
 10 Linquentem gnatum ventis concrederet Aegeus,
 Talia complexum iuveni mandata dedisse.
 'Gnate mihi longa iocundior unice vita,
 Gnate, ego quem in dubios cogor dimittere casus,
 Reddite in extrema nuper mihi fine senectae,
 15 Quandoquidem fortuna mea ac tua fervida virtus
 Eripit invito mihi te, cui languida nondum
 Lumina sunt gnati cara saturata figura,
 Non ego te gaudens laetanti pectore mittam,
 Nec te ferre sinam fortunae signa secundae,
 20 Sed primum multas expromam mente querelas,
 Canitiem terra atque infuso pulvere foedans,
 Inde infecta vago suspendam lintea malo,
 Nostros ut luctus nostraeque incendia mentis
 Carbasus obscurata decet ferrugine Hibera.
 25 Quod tibi si sancti concesserit incola Itoni,
 Quae nostrum genus ac sedes defendere Erechthei
 Annuit, ut tauri respergas sanguine dextram,
 Tum vero facito ut memori tibi condita corde
 Haec vigeant mandata, nec ulla obliteret aetas,
 30 Ut simul ac nostros invisent lumina collis,
 50 Funestam antennae deponant undique vestem,
 Candidaque intorti sustollant vela rudentes,
 Quam primum cernens ut laeta gaudia mente
 Agnoscam, cum te reducem aetas prospera sistet.'
 5 Haec mandata prius constanti mente tenentem
 Thesea ceu pulsae ventorum flamine nubes
 Aerium nivei montis liquere cacumen.
 At pater, ut summa prospectum ex arce petebat,
 Anxia in assiduos absumens lumina fletus,
 10 Cum primum inflati conspexit lintea veli,

49, 8. erectum *Laurentianus et Riccardianus*, ereptum *DL.*
correxerit Vossius. 9. classem *L.* castae *excerpta Minturni.*
 moenico *L.*, meonico *D.* 10. cum crederet *DL.* 11. com-
 plexum *Laurentianus*: complexo *DL.* 13. indibius *D.* 16. mihi]
 nihil *D.* 24. obscurata dicet *L.*, obscurata duget (diget *Riccar-*
dianus) *D.*, obscura dicet *Laurentianus.* *correxi de coniectura.*
 25. ithomi *L.*, thomi *D.* 26. ac *Itali*: has *DL.* Erechthei
Vossius: freti *DL.* 28. Tu *DL.* 30. simul haec *DL.*
 50, 3. ut *L.* quam *D.* mentem *D.* 4. aera prospera
 sistent *D.* 7. Aerium *Laurentianus*: Aereum *DL.* 9. Anxia *D.*
 assumens *L.* 10. infecti *Ang. Colotius et alii Itali.*

- Praecipitem sese scopulorum e vertice iecit,
 Amisum credens immiti Thesea fato.
 Sic funesta domus ingressus tecta paterna
 Morte ferox Theseus qualem Minoidi luctum
 15 Obtulerat mente inmemori talem ipse recepit.
 Quae tamen aspectans cedentem maesta carinam
 Multiplices animo volvebat saucia curas.
 At parte ex alia florens volitabat Iacchus
 Cum thiaso Satyrorum et Nysigenis Silenis,
 20 Te quaerens, Ariadna, tuoque incensus amore.
 Qui tum alacres passim lymphata mente furebant
 Euhoe bacchantes, euhoe capita inflectentes.
 Horum pars tecta quatiebant cuspidē thyrsos,
 Pars e divulso iactabant membra iuvenco,
 25 Pars sese tortis serpentibus incingebant,
 Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis,
 Orgia, quae frustra cupiunt audire profani,
 Plangebant aliei proceris tympana palmis
 Aut tereti tenuis tinnitus aere ciebant,
 30 Multis raucisonos efflabant cornua bombos
 51 Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.
 Talibus amplifice vestis decorata figuris
 Pulvinar complexa suo velabat amictu.
 Quae postquam cupide spectando Thessala pubes
 5 Expleta est, sanctis coepit decedere divis.
 Hic, qualis flatu placidum mare matutino
 Horrificans Zephyrus proclivas incitat undas
 Aurora exoriente vagi sub limina Solis,
 Quae tarde primum clementi flamine pulsae
 10 Procedunt (leni resonant plangore cachinni),
 Post vento crescente magis magis increbescunt
 Purpureaque procul nantes a luce refulgent,
 Sic tum vestibuli linquentes regia tecta

50, 14. minoyda D. 15. in memore D. 16. credentem D
 solus. 18. pater D. yacus D, Iachus L. 20. Et L. adria-
 na D. 21. alacras D. 22. Euche-euche DL. 23. Harum DL.
 24. divalzo D. 25. om D et Riccardianus. 28. aliae DL.
 30. Multis Bern. Pisanus apud Perreium: Multi DL. efflebant DL.
 51, 1. Bachataque Laurentianus. 8. sublimia L, sublima D.
 9. clementi D. 10. leni resonant Cuiacianus liber non since-
 rus: leviter sonant DL, leviterque sonant corr L cum Parisino.
 clangore pr L. 11. increbescunt DL. 12. ab L. refulgens D.
 13. tum Laurentianus: tibi DL.

Ad se quisque vago passim pede discedebant.

15 Quorum post abitum princeps e vertice Pelei

Advenit Chiron portans silvestria dona:

Nam quocumque ferunt campi, quos Thessala magnis
Montibus ora creat, quot propter fluminis undas

Aura parit flores tepidi fecunda Favoni,

20 Hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,

Quo permulsa domus iucundo risit odore.

Confestim Penios adest, viridantia Tempe,

Tempe, quae silvae cingunt super impendentes,

Minosim linquens doris celebranda choreis, *Haemonisim - hilaris*

25 Non vacuus: namque ille tulit radicitus altas (*f. eluris*) *Prot. Ung.*

Fagos ac recto proceras stipite laurus, *Non parvus. Ung. 1. 1.*

Non sine nutanti platano lentaque sorore

Flammati Phaethontis et aëria cupressu.

Haec circum sedes late contexta locavit,

30 Vestibulum ut molli velatum fronde vireret.

52 Post hunc consequitur sollerti corde Prometheus,

Extenuata gerens veteris vestigia poenae,

Quam quondam silici restrictus membra catena

Persolvit pendens e verticibus praeruptis.

5 Inde pater divum sancta cum coniuge natisque

Advenit caelo, te solum, Phoebe, relinquens

Unigenamque simul cultricem montibus Idri:

Pelea nam tecum pariter soror aspernata est

Nec Thetidis taedas voluit celebrare iugalis.

10 Qui postquam niveis flexerunt sedibus artus,

Large multiplici constructae sunt dape mensae,

Cum interea infirmo quatientes corpora motu

Veridicos Parcae coeperunt edere cantus.

His corpus tremulum complectens undique vestis

51, 14. At L, A D. 16. celestia D. 17. quodcumque DL.
campis L. quot *excerpta Italorum*. 18. quod D, quos L.
19. perit D et pr L. 21. Quot L. iucundo D. 22. pe-
neios D. adest ut L. 25. Non acuos L, Nonacrios D, No-
vacrios margo L: *correxist Guarinus*. illi D. 26. lauros D.
27. luctanti L, mutanti margo L. sororum L. 28. Flaman-
ti L. phetontis D, phoetontis L. aëria D. 30. Vestibuli D.
niteret D.

52, 3. Qua L. Scythicis N. Heinsius. 5. divi L. gna-
tisque L. 7. ydri D. Idae Itali. 8. Pallada D, Palea Lauren-
tianus. 9. iugales D. 10. posquam D. fluxerunt L. 13. Ve-
ridices Laurentianus. 14. undique questus DL.

- 15 Candida purpurea talos incinxerat ora,
 At roseo niveae residebant vertice vittae,
 Aeternumque manus carpebant rite laborem.
 Laeva colum molli lana retinebat amictum,
 Dexter a tum leviter deducens fila supinis
- 20 Formabat digitis, tum prono in pollice torquens
 Libratum tereti versabat turbine fusum,
 Atque ita decerpens aequabat semper opus dens,
 Laneaque aridulis haerebant morsa labellis,
 Quae prius in levi fuerant extantia filo:
- 25 Ante pedes autem candentis mollia lanae
 Vellera virgati custodibant calathisci.
 Hae tum clarisona pellentes vellera voce
 Talia divino fuderunt carmine fata,
 Carmine, perfidiae quod post nulla arguet aetas.
- 30 'O decus exinium magnis virtutibus augens,
- 53 Emathiae tutamen opis, clarissime nato,
 Accipe, quod laeta tibi pandunt luce sorores,
 Veridicum oraculum. sed vos, quae fata sequuntur,
 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
- 5 Adveniet tibi iam portans optata maritis
 Hesperus, adveniet fausto cum sidere coniunx,
 Quae tibi flexanimo mentem perfundat amore
 Languidulosque paret tecum coniungere somnos
 Levia substernens robusto brachia collo.
- 10 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
 Nulla domus tales unquam contexit amores,
 Nullus amor tali coniunxit foedere amantes,
 Qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo.
 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

52, 15. talos *Itali*: tuos *L* et plerique omnes, rubicunda *D*
 et *Riccardianus*. intinxerat *L*. 16. Annoso *Ern. Schulzius*.
 residebat *L*. victe *D*. 18. amictum *pr L*. 21. librabat
 vertice *D*. 26. custodiebant *L*. calathisti *DL*. 27. Haec
DL. 28. 29. carmine *pr L*.

53, 1. carissime *L*. 2. lenta *D*. voce *margo L*.
 3. oraculum *L*. secuntur *D*. 4. ducenti subtegmine *apud Ma-*
crobius Sat. 6, 1. 5. mariti *L*. 7. flexo animo mentis per-
 fundat amorem *DL. correxit Muretus. sed malim* Quae te flexa-
 nimo mentis *coll.* 54, 15. 8. sonos *L*. Nulla, Nullus, Qua-
 lis, Currite] *hos versus om D et codices plerique.* unquam tales
L, Laurentianus, Mediolanenses 24. 38. 46, *Hamburgensis et*
ceteri: mutavit Guarinus et Aldus 1502. contexit *corrector D.*
fortasse connexit.

11 Nascetur vobis expers terroris Achilles,
 Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus,
 Qui persaepe vago victor certamine cursus
 Flammea praevertet celeris vestigia cervae.
 15 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
 Non illi quisquam bello se conferet heros,
 Cum Phrygii Teucro manabunt sanguine
 Troicaque obsidens longinquo moenia bello
 Periuri Pelopis vastabit tertius heres.

*Quoniam Hippo
 dicitur
 in Phrygia*

20 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
 Illius egregias virtutes claraque facta
 Saepe fatebuntur gnatorum in funere matres,
 Cum in cinerem canos solvent a vertice crines
 Putridaque infirmis variabunt pectora palmis.

25 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
 Namque, velut densas praecerpens cultor aristas
 Sole sub ardenti flaventia demetit arva,
 Troiugenum infesto prosternet corpora ferro.
 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

30 Testis erit magnis virtutibus unda Scamandri,

54 Quae passim rapido diffunditur Hellesponto,
 Cuius iter caesis angustans corporum acervis
 Alta tepefaciet permixta flumina caede.
 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

5 Denique testis erit morti quoque reddita praeda,
 Cum teres excelso coacervatum aggere bustum
 Excipiet niveos percussae virginis artus.
 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

Nam simul ac fessis dederit fors copiam Achivis

10 Urbis Dardaniae Neptunia solvere vincla,
 Alta Polyxenia mitescent caede sepulcra,
 Quae, velut ancipiti succumbens victima ferro,
 Proiciet truncum summisso poplite corpus.
 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

53, 11. nobis D. 12. aut D. 14. praevertit L. 16. con-
 ferat D. 17. campi margo L, tenen L, teuen Laurentianus,
 trunci Parisinus. 22. natorum D. 23. Cum civium L.
 24. narrabunt pr L. 26. praecernens L, procernens D. correxit
 Statius. 28. prosternens D et pr L. messor margo L.
 30. scamabri pr L.
 54, 5. 6. om D. 7. percussae DL. 9. simul hac D, simul
 hanc L. copiam L: omnia D. 11. polisena D, polixena L.
 madescent L. 12. procurrrens D. 13. Projecit pr L.

- 15 Quare agite optatos animi coniungite amores.
 Accipiat coniunx felici foedere divam,
 Dedatur cupido iam dudum nupta marito.
 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
 Non illam nutrix orienti luce revisens
- 20 Hesterno collum poterit circumdare filo.
 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
 Anxia nec mater discordis maesta puellae
 Secubitu caros mittet sperare nepotes.
 Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
- 25 Talia praefantes quondam felicia Pelei
 Carmina divino cecinerunt pectore Parcae.
 Praesentes namque ante domos invisere castas
 Heroum et sese mortali ostendere coetu
 Caelicolae nondum spreta pietate solebant.
- 55 Saepe pater divum templo in fulgente revisens,
 Annua dum festis venissent sacra diebus,
 Conspexit terra centum procumbere currus. *tauros*
 Saepe vagus Liber Parnasi vertice summo
- 5 Thyiadas effusis euantis crinibus egit,
 Cum Delphi tota certatim ex urbe ruentes
 Acciperent laeti divum fumantibus aris.
 Saepe in letifero belli certamine Mavors
 Aut rapidi Tritonis hera aut Rhamnusia virgo
- 10 Armatas hominum est praesens hortata catervas.
 Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando,
 Iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt,
 Perfudere manus fraterno sanguine fratres,
 Destitit extinctos natus lugere parentes,
- 15 Optavit genitor primaevi funera nati,
 Liber ut innuptae poteretur flore novercae,

- 54, 10. reviset D. 20. Externo L. 22. Ansia D.
 23. Succubitu *margo* L. cares mittes D *solus*. 26. cecinerunt
 L. 28. Heroum et *Io. Bapt. Sigicellus*; Nereus L, Nreus D.
 ceteri D. 30. Languidior tenera cui L, Languidior tenera com-
 pendens siccula beta D, Languidior tenera cui petens siccula beta
Laurentianus.
 55, 2. venisset L. 3. Prospexit D. currus] tauros *Itali*.
 5. Thiadas L, Thaydas D. ovantis *Laurentianus*, bacchan-
 tis D. 6. tuentes D, tuentis L. 7. Acciperet L. 8. laetefero D.
 9. rānusia D, rannusia L. 14. Dextibit D. 16. potire-
 tur DL.

Ignaro mater substernens se impia nato
 Impia non verita est divos scelerare parentes,
 Omnia fanda nefanda malo permixta furore
 20 Iustificam nobis mentem avertere deorum.
 Quare nec talis dignantur visere coetus,
 Nec se contingi patiuntur lumine claro.

Bridges 6

Etsi me assiduo confectum cura dolore
 Sevocat a doctis, Ortale, virginibus, *Sed vacat - hortale*
 25 Nec potis est dulcis Musarum expromere fetus *dulcissimos harum*
 Mens animi, (tantis fluctuat ipsa malis: *exprimere*)
 Namque mei nuper Lethaeo gurgite fratris *lethaei*
 Pallidulum manans alluit unda pedem, *abluit H*
 Troia Rhoeteo quem subter litore tellus *Tertia leteo*
 30 Ereptum nostris obterit ex oculis. *notis H*
 56 Tu mea tu moriens fregisti commoda, frater,
 Tecum una tota est nostra sepulta domus,
 Omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
 Quae tuus in vita dulcis alebat amor. *Abluit ab H*
 5 Hei misero fratri iucundum lumen ademptum,
 Nunquam ego te, misero frater adempte mihi,
 Alloquar, audiero nunquam tua loquentem,
 Nunquam ego te, vita frater amabilior, *Nunquam. H. ego om. H.*
 Aspiciam posthac. at certe semper amabo, *est. om. H*
 10 Semper maesta tua carmina morte canam, *geram H*
 Qualia sub densis ramorum concinit umbris
 Daulias absumpti fata gemens Itylei) *Baiulus Itylei*
 Sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto *hortale mitto*
 Haec expressa tibi carmina Battiadae, *Nec experta bathiade*
 15 Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis *Nec*
 Effluxisse meo forte putes animo,
 Ut missum sponsi furtivo munere malum
 Procurrit casto virginis e gremio, *Procurrit. H. caste. H*

55, 23. defectum *Laurentianus*. 24. Sed vacat L. 25. dulcissimus harum L. 27. lethaei DL. 28. alluit *Laurentianus*: abluit DL. 30. matris D.

56, 1—7. interstitium in L. D, *Parisiensis, Riccardianus* et alii habent septimum, ceteros addidi ex p. 62, 4—8 et 64, 13—17.

7. verba *Parisinus*, fata *Mediolanensis* 24. 10. tegam L. legam *Itali*. 11. armorum L. 12. Daunias D, Baiulas L, Daiulas margo L. assumpti L. ithilei L, ithelei D. 14. experta *Parisinus*. abattiadae D, actiade L. 17. furtivum D. 18. in gremio D.

Quod miseræ oblitæ molli sub veste locatum, *Parisius*
 20 Dum adventu matris prosilit, excutitur: *(molli oblitæ)*
 Atque illud prono praeceps agitur decursu,
 Huic manat tristi conscius ore rubor.

Omnia qui magni dispexit lumina mundi,
 Qui stellarum ortus comperit atque obitus, *habitus*
 25 Flammeus ut rapidi solis nitor obscuretur,
 Ut cedant certis sidera temporibus,
 Ut Triviam furtim sub Latmia saxa relegans *3 Trivia*
 Dulcis amor gyro devocet aerio, *qui odero aereo* *(sublimia*
 Idem me ille Conon caelesti numine vidit *relegans)*

30 E Bereniceo vertice caesariem Ebove niceo

57 Fulgentem clare, quam multis illa dearum *multi syllæ*
Levia protendens brachia pollicita est, *10 decem*

Qua rex tempestate novo auctus hymenaeo
Vastatum finis iverat Assyrios, *Vastum ad fines*

5 Dulcia nocturnæ portans vestigia rixæ,
 Quam de virgineis gesserat exuviis. *virginis*
 Estne novis nuptis odio Venus? anne parentum/5
 Frustrantur falsis gaudia lacrimulis,

Ubertim thalami quas intra limina fundunt? *lumina fundunt*

10 Non, ita me divi, vera gemunt, iuerint.

Id mea me multis docuit regina querelis

Invisente novo praelia torva viro.

At tu non orbem luxti deserta cubile, *ad sinum Itali re*
Sed fratris cari flebile discidium? *etc. sed notius fur.*

15 Cum penitus maestas exedit cura medullas! *lape ad Parisius*

Ut tibi tunc toto pectore sollicitæ

Sensibus ereptis mens excidit! at te ego certe 25

Cognoram a parva virgine magnanimam.

56, 19. oblitum D. 21. At D. 22. pudor D. 23. dispexit DL. 24. habitus L. 27. furti D. sublimia saxa relegans DL. sub lamia Parisinus. 28. gyro Itali: quociero L, spatium vacuum in D. 29. fecit pr L. 30. Ebove niceo DL. conf. anthol. Lat. 3, 172, 8.

57, 1. dare Laurentianus. 3. Quare ex DL. 4. Vastum L. fines D. ierat L. 6. eximiis margo L. 7. atque DL. 9. inter lumina L. 10. diu L. iuerint DL. 13. An Itali. lusisti D. 14. desidium D, dissidium L. 15. Quam Benteius. 16. tunc Laurentianus: nunc DL. sollicitet DL. 17. erectis L. te addidit Vossius. 18. Cognatam pr L. magnanima L.

Levia sollatia
Quare ex

nonis atque

diu iuerunt

dissidium

Quem maestas

excidit curva pr m

medullas non soll

excidit excidit te multis

magnanima

Anne bonum oblita es facinus, quo regium adepta es) *om. pr. m.*

20 Coniugium, quo non fortius ausit alis? *om. te sci. At ne - quam*

Sed tum maesta virum mittens quae verba locuta es! *om. cum es. om. r. m. est*

Iuppiter, ut tristi lumina saepe manu!

Quis te mutavit tantus deus? an quod amantes *tantur*

Non longe a caro corpore abesse volunt? *ac H*

25 Atque ibi me cunctis pro dulci coniuge divis *pro*

Non sine taurino sanguine pollicita es, *taurinos*

Si reditum tetulisset. is haut in tempore longo *35 te tulisset*

Captam Asiam Aegypti finibus addiderat. *aut*

Quis ego pro factis caelesti reddita coetu

30 Pristina vota novo munere dissoluo.

58 Invita, o regina, tuo de vertice cessi,

Invita: adiuro teque tuumque caput, *aduro* *40*

Digna ferat quod siquis inaniter adiuravit: *maniter pr. m. adiuraret*

Sed qui se ferro postulet esse parem?

5 Ille quoque eversus mons est, quem maxima in oris *eversis*

phithia H Progenies Thiae clara supervehitur, *l. Pityae. Pitya eadem*

Cum Medi *propere* novum mare, cumque iuventus *45 quae Pitya*

Per medium classi barbara navit Athon. *ultima Pitya (2*

Quid facient crines, cum ferro talia cedant? *Hygie proserpina*

10 Iuppiter, ut Chalybum omne genus pereat, *Pitya autem Aru-*

Et qui principio sub terra quaerere venas *die pinnis amictu di*

Institit ac ferri frangere duritiam! *7 50 Hinc Pityae*

Abiunctae paulo ante comae mea fata sorores *progenies - pinnis*

Lugebant, cum se Memnonis Aethiopis *memonis in prore fuerit da-*

15 Unigena impellens nutantibus aera pennis *Navis pinnis matrem appellat*

Obtulit Arsinoes Locridos ales equos, *assyrios. l. Chloridos. 106*

Isque per aetherias me tollens advolat umbras *ad 55*

Et Veneris casto collocat in gremio. *etherias elocridicos alios*

57, 19. bonam D. est L. quod Laurentianus, quam DL.

adeptus (om es) DL. 20. quod L. fortior aut sit DL.

25. me Colotius et Perreius: pro DL. 27. te tulisset Parisinus et Laurentianus, rettulisset DL. aut DL.

58, 1. tua D. cassi D. 2. adiuntio D. 3. adiuraret DL.

5. maximum in orbe Itali. 6. Thiae Vossius: phythie D,

phithiae L. 7. rupere vel peperere Itali. atque L. 9. cre-

dant D. 10. Chalybon Politianus: celitum DL, celtum Lauren-

tianus, caelorum margo L. 12. ferris fringere L. 13. Ad-

iunctae L. 15. nictantibus Bentleius. aera L. 16. asineos

pr L. Locridos Bentleius: elocridicos L, daridos D. alis

Laurentianus. 17. aethereas DL. avolat Canterus.

collocat

18. advolat L.

- Zephyritis*
Opuntia canonicis 20
J. Hanc adie
Hencitide
- Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat,
Graia Canopieis incola litoribus. *Ni d. ven ibi*
Hi dii ven ibi vario ne solum in lumine caeli *me lumine*
Ex Ariadneis aurea temporibus *Ex adrianeis* 60
Fixa corona foret, sed nos quoque fulgeremus
Devotae flavi verticis exuviae,
Viridulum H.
L. am 25 Uvidulum a fluctu cedentem ad templa deum *me decumae*
Sidus in antiquis diva novum posuit: *nomen*
Virginis et saevi contingens namque leonis *ut* 65
Lumina, Callisto iuxta Lycaonida, *Lamina iuxta Lyconia*
Vertor in occasum, tardum dux ante Booten, *boetem*
30 Qui vix sero alto mergitur Oceano. *occans*
59 Sed quanquam me nocte premunt vestigia divum,
Lux autem canae Tethyi restituit, *aut theti* 70
Pace tua fari hic liceat, Rhamnusia virgo, *hic om. H. et ad.*
(Namque ego non ullo vera timore tegam, *restituem*
not licet.
ranusia H.
5 Nec si me infestis discerpent sidera dictis,
Condita quin veri pectoris evolam),
Non his tam laetor rebus, quam me affore semper, 75
Afore me a dominae vertice discrucior. *discrucior*
Quicum ego, dum virgo quondam fuit omnibus expers,
Unquentis libi 10 Unquenti si una millia multa bibi,
quem vixit theti
Nunc, vos optato quam iunxit lumine taeda, *Nunc vos*
Non post unanymis corpora coniugibus *vos 80*
Tradite nudantes reicta veste papillas,
Quin iucunda mihi munera libet onyx,
q. i. c. Quam 15 Vester onyx, casto petitis quae iura cubili.
- 58, 19. zephyritis L. legerat D. 20. Gratia DL, quod correxi, Tracia corr L. canopicis D et margo L, caponicis L.
21. Ni Laurentianus, ven omittet spatio relicto D. ne] ve L. in numine DL. 22. adriadneis D, adrianeis L. 24. eximiae L. 25. Vindulum Laurentianus, Viridulum DL. decumae L, decumme Laurentianus. 26. novi D. 28. lycaonia DL, iuncta Lycaoniae Itali. 29. boothem L, boetem D.
- 59, 2. aut L. theti DL. restituem D, restituem L, quod correxi. 3. ranusia D, rānusia L. 4. nullo L, nulla D. 5. si me] sine DL. diserpent L. 6. vere L, veri D. evolue DL. 7. 8. affore L, abfore D. 8. discrucior D. 10. Unquentis DL. i addidi. una L: vini D. 11. vos L: nox D. *re*
- aspersa
unquentis
quem L. vixit Laurentianus, vicit D. 12. uno animos D, uno annis (animus in margine) L. corporea D. 13. relecta L, detecta D. 14. Quam DL, quod correxi. iocunda D. 15. Vestet D. quaeritis L, colitis margo L. quaeque D, quam Riccardianus.

Sed quae se impuro dedit adulterio, *dedidit adulterio*

Ilius ah mala dona levis bibit irrita pulvis: *85 amala 1.2.3*

Namque ego ab indignis praemia nulla peto. *irita*

Sed magis, o nuptae, semper concordia vostras *nostras H*

20 Semper amor sedes incolat assiduus.

Tu vero, regina, tuens cum sidera divam

Placabis festis luminibus Venerem,

Unguinis expertem non siris esse tuam me, *90 Sanguinis H uris h.c. vestris*

Sed potius largis affice muneribus.

25 Sidera corruerint utinam! coma regia fiam: *cur iterent. tuam*

Proximus Hydrochoi fulgeret Oarion. *(uter) utriusque H*

Hydrochoi

Oarion

O dulci iucunda viro, iucunda parenti,
Salve, teque bona Iuppiter auctet ope,
Ianua, quam Balbo dicunt servisse benigne

S. conuertit ist.

30 Olim, cum sedes ipse senex tenuit,

60 Quamque ferunt rursus voto servisse maligno,

Postquam es porrecto facta marita sene,

Dic agedum nobis, quare mutata feraris

In dominum veterem deseruisse fidem.

5 'Non (ita Caecilio placeam, cui tradita nunc sum)

Culpa mea est, quanquam dicitur esse mea,

Nec peccatum a me quisquam pote dicere quicquam:

Verum isti populi ianua qui te facit,

Qui, quacunque aliquid reperitur non bene factum,

10 Ad me omnes clamant 'ianua, culpa tua est.'

Non istuc satis est uno te dicere verbo,

Sed facere ut quis sentiat et videat.

'Qui possum? nemo quaerit nec scire laborat.'

Nos volumus; nobis dicere ne dubita.

15 'Primum igitur, virgo quod fertur tradita nobis,

59, 16. Seque se D. 17. á L. levis bibit dona DL.

18. indigetis pr L. 19. semper L: magis D. nostras DL.

21. diva D. 23. Unguinis Bentleius: Sanguinis DL. siveris

esse Scaliger: vestris esse DL, vesse Laurentianus. tuam Avanti-

tius: tuum DL. 24. effice DL. 25. Sidera cur iterent ut DL,

quod correxi. 26. idrocoi — fulgeret o arion D.

60, 2. est DL. marite L. 3. agedum Itali: age de DL.

vobis D. 4. venerem D. 5. plateam Laurentianus. 8. om

Laurentianus pl. 36, 23 liber non bonus. isto Parisinus, istis D.

fortasse Verum istud populi fabula, Quinte, facit. sic fere Scaliger.

13. Qui Minturnus et Perreius: Quid DL. possim D.

14. nobis Muretus: vobis DL.

Falsum est. non illam vir prior attigerit,
 Languidior tenera cui pendens sicula beta
 Nunquam se mediam sustulit ad tunicam:
 Sed pater illius gnatei violasse cubile
 20 Dicitur et miseram conscelerasse domum,
 Sive quod impia mens caeco flagrabat amore,
 Seu quod iners sterili semine natus erat,
 Et quaerendus is, unde foret nervosius illud,
 Quod posset zonam solvere virginiam.
 25 Egregium narras mira pietate parentem,
 Qui ipse sui gnati minxerit in gremium.
 'Atqui non solum hoc se dicit cognitum habere
 Brixia Chinae suppositum specula,
 Flavus quam molli percurrit flumine Mella,
 30 Brixia Veronae mater amata meae,
 61 Sed de Postumio et Corneli narrat amore,
 Cum quibus illa malum fecit adulterium.
 Dixerit hic aliquis 'qui tu isthaec, ianua, nosti,
 Cui nunquam domini limine abesse licet,
 5 Nec populum auscultare, sed hic suffixa tigillo
 Tantum operire soles aut aperire domum?'
 Saepe illam audiavi furtiva voce loquentem
 Solam cum ancillis haec sua flagitia,
 Nomine dicentem quos diximus, ut pote quae mi
 10 Speret nec linguam esse nec auriculam.
 Praeterea addebat quendam, quem dicere nolo
 Nomine, ne tollat rubra supercilia.
 Longus homo est, magnas quoui lites intulit olim
 Falsum mendaci ventre puerperium.'

60, 16. non qui *Scaliger*, namque *Itali*. attigerat *Parisinus*
 et pr *Riccardianus*. 17. sicula *L*. 18. ad] hanc *DL*.
 19. gnate *D*, gnati *L*. 25. is de coniectura posui: ut *D*, et *Pa-*
risinus, om *L*. 24. virginiam *D*. 25. narrem *D*. 26. nati
 minxerat *D*. 27. Atque *D*. se dicit hoc *L*. 28. Cenomanae
 supposita speculae *Colotius* et apud *Perreium Pisanus*. alii *Cynea*,
 29. praecurrit *Cluverius*. mello *DL*.

61, 3. hi *L*. quid *D*, quod *L*. 4. lumine *margo L*.
 5. haec *L*, hoc *Laurentianus*. 7. audivit *L*. 8. Sola *L*.
 cum ancillis *Statius*: conciliis *D*, cum conciliis *L*. 9. 12. Ho-
 mine *D*. 9. dissimus *D*. 10. Speraret *Itali*. 11. Praetere *D*.
 12. te *L*. 13. est om *D*. qui *DL*. 14. mendacii *L*.

- 15 **Q**uod mihi fortuna casuque oppressus acerbo
 Conscriptum hoc lacrimis mittis epistolium,
 Naufragum ut eiectum spumantibus aequoris undis
 Sublevem et a mortis limine restituam,
 Quem neque sancta Venus molli requiescere somno
 20 Desertum in lecto caelibe perpetitur,
 Nec veterum dulci scriptorum carmine Musae
 Oblectant, cum mens anxia pervigilat,
 Id gratum est mihi, me quoniam tibi dicis amicum,
 Muneraque et Musarum hinc petis et Veneris: 10
 25 Sed tibi ne mea sint ignota incommoda, Mani,
 Neu me odisse putes hospitis officium,
 Accipe, quis merser fortunae fluctibus ipse,
 Ne amplius a misero dona beata petas.
 Tempore quo primum vestis mihi tradita pura est,
 30 Iucundum cum aetas florida ver ageret,
 62 Multa satis lusi: non est dea nescia nostri,
 Quae dulcem curis miscet amaritiem:
 Sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
 Abstulit. o misero frater adempte mihi, 20
 5 Tu mea tu moriens fregisti commoda, frater,
 Tecum una tota est nostra sepulta domus,
 Omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
 Quae tuus in vita dulcis alebat amor.
 Cuius ego interitu tota de mente fugavi
 10 Haec studia atque omnis delicias animi.
 Quare, quod scribis Veronae turpe Catullo
 Esse, quod hic quisquis de meliore nota
 Frigida deserto tepefacit membra cubili,
 Id, Mani, non est turpe, magis miserum est. 30
 15 Ignosces igitur, si, quae mihi luctus ademit,
 Haec tibi non tribuo munera, cum nequeo.
 Nam, quod scriptorum non magna est copia apud me,
 Hoc fit, quod Romae vivimus: illa domus,
 Illa mihi sedes, illic mea carpitur aetas:

61, 15. casusque D. 16. mittit L. 17. Naufragium ut L.
 19. sacra *pr* L *solus*. 22. ansia D. 23. quoniam D *et pr* L:
 quem *corr* L. 24. *prius et om Parisinus*. 25. commoda L.
 manli D, malli L, *quod correxi*. 26. Heu D. 27. Aspice D.
 62, 11. catulle L. 12. hic L: is D *solus*. *malim quivis*.
cf. 60, 12. 13. *tepefacta Laurentianus*. *tepefecit Itali: fortasse*
tepefaxit. 14. manli D, mali L, *quod correxi*.

20 Huc una ex multis capsula me sequitur.
 Quod cum ita sit, nolim statuas nos mente maligna
 Id facere aut animo non satis ingenuo,
 Quod tibi non utriusque petenti copia facta est:
 Ultro ego deferrem, copia siqua foret. ⁴⁰
 25 Non possum reticere, deae, qua me Allius in re
 Iuverit aut quantis iuverit officiis: *fallius ire*
 Nec fugiens saeculis obliscentibus aetas
 Illius hoc caeca nocte tegat studium: *tegar*
 Sed dicam vobis, vos porro dicite multis
 30 Millibus et facite haec charta loquatur anus
 Notescatque magis mortuus atque magis,
 Nec tenuem texens sublimis aranea telam
 63 In deserto Alli nomine opus faciat. ⁵⁰
 Nam, mihi quam dederit duplex Amathusia curam,
 Scitis, et in quo me corruerit genere,
 Cum tantum arderem quantum Trinacria rupes
 5 Lymphaque in Oetaeis Malia Thermopylis, *malilia*
 Maesta neque assiduo tabescere lumina fletu
 Cessarent tristique imbre madere genae, *c*
 Qualis in aerei perlucens vertice montis
 Rivus muscoso prosilit e lapide,
 10 Qui cum de prona praecipit est valle volutus,
 Per medium densi transit iter populi,
Dulce viatori lasso in sudore levamen, *levamen*
 Cum gravis exustos aestus hiulcat agros. *tab*
 Hic, velut in nigro iactatis turbine nautis
 15 Lenius aspirans aura secunda venit
 Iam prece Pollucis, iam Castoris implorate,

ovils
li note
sine launae in dicit.
5
7 merito
7a curā
17ū
oethyris
retelique
ina macrii
uato voluptas
Duce viatorum

62, 20. casula Laurentianus. 21. nos statuas L. 22. in-
 genio DL. 23. posta est L. 24. differem D, diferrem L.
 25. quam fallius L, quam fallimus D. correxit Scaliger.
 27. sedis pr L. 30. certa D et pr L. 31. interstitium in L:
 Omnibus et (in Parisinus) triviis vulgetur fabula passim D. hic ver-
 sus in codice Parisino Senecae ascribitur. 33. texens tenuem D.
 arenea D. 34. Incundum cum aetas (cometas D) florida ver (ut
 L) ageret DL. post hunc interstitium est in L.
 63, 1. ali L, aliis D, alii Parisinus. correxit Scaliger.
 2. anatusia D. 5. Lymphae in D. orthois L, cethis Lau-
 rentianus. manlia D, mathilia L. termophilis DL. 6. nu-
 mula DL. 7. Cessaret D, Cessare L, Cessare ne Laurentianus.
 8. aerei D. 9. prosilta e lapide D solus. 10. valde pr L.
 11. scopuli Huschkus. 12. Duce DL. basso DL. levamus
 DL. 15. Levius L, Leniter D. 16. fortasse imploratu.

Locintea (sic)
flatuln

Tale fuit nobis Manius auxilium.

Is clausum lato patefecit limite campum,
Isque domum nobis isque dedit dominam,

20 Ad quam communes exerceremus amores.

Quo mea se molli candida diva pede
Intulit et trito fulgentem in limine plantam

Innixa arguta constituit solea,

Coniugis ut quondam flagrans advenit amore

25 Protesilaeam Laodamia domum

Inceptam frustra, nondum cum sanguine sacro
Hostia caelestis pacificasset heros.

Nil mihi tam valde placeat, Rhamnusia virgo,

Quod temere invitis suscipiatur heris.

30 Quam ieiuna pium desideret ara cruorem,

64 Docta est amisso Laodamia viro,

Coniugis ante coacta novi dimittere collum,

Quam veniens una atque altera rursus hiems

Noctibus in longis avidum saturasset amorem,

5 Posset ut abrupto vivere coniugio,

Quod scibant Parcae non longo tempore abisse,

Si miles muros isset ad Iliacos:

Nam tum Helenae raptu primores Argivorum

Coeperat ad sese Troia ciere viros,

10 Troia (nefas) commune sepulcrum Asiae Europaeque,

Troia virum et virtutum omnium acerba cinis,

Quae vetet id nostro letum miserabile fratri

Attulit. hei misero frater adempte mihi,

Hei misero fratri iucundum lumen ademptum,

15 Tecum una tota est nostra sepulta domus,

Omnia tecum una perierunt gaudia nostra,

Quae tuus in vita dulcis alebat amor.

Quem nunc tam longe non inter nota sepulcra

Nec prope cognatos compositum cineres,

20 Sed Troia obscena, Troia infelice sepultum

- 63, 17. manlius DL, quod correxi. 18. crassum D, classum
pr L. 23. in solea D. 25. Prothesileam L. laudomia DL.
sic etiam 64, 1. 26. 26. Incepta DL. correxit Turnebus.
27. conciliasset D. 28. rānusia D, ranusia L. 29. eris D.
30. deficeret D, deficeret L.
64, 2. novum D, vovit L. correxit Muretus. 5. et obrupto
D solus. 6. scribant D. malim scibat. 7. Similiter pr L.
esset D solus. 11. finis D. 13. 14. ei D. 15. est om D.
18. Quae DL. 19. compositus cineris L. 20. sepul-
chrum D.

- Detinet extremo terra aliena solo. *simul* 100
 Ad quam tum properans fertur ~~un~~ undique pubes
 Graeca penetralis deseruisse focos,
 Ne Paris abducta gavisus libera moecha
 25 Otia pacato degeret in thalamo.
 Quo tibi tum casu, pulcherrima Laodamia,
 Ereptum est vita dulcius atque anima
 Coniugium: tanto te absorbens vertice amoris
 Aestus in abruptum detulerat barathrum,
 30 Quale ferunt Graii Pheneum prope Cylleneum
 65 Siccare emulsa pingue palude solum, 110
 Quod quondam caesis montis fodisse medullis
 Audit falsiparens Amphitryoniades,
 Tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta
 5 Perculit imperio deterioris heri,
 Pluribus ut caeli tereretur ianua divis,
 Hebe nec longa virginitate foret.
 Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo,
 Qui divum domitum ferre iugum docuit:
 10 Nam neque tam carum confecto aetate parenti
 Una caput seri nata nepotis alit, 120
 Qui, cum divitiis vix tandem inventus avitis
 Nomen testatas intulit in tabulas,
 Impia derisi gentilis gaudia tollens
 15 Suscitata a cano volturium capiti:
 Nec tantum niveo gavisus est ulla columbo
 Compar, quae multo dicitur improbius
 Oscula mordenti semper decerpere rostro,
 Quanquam praecipue multivola est mulier.
 20 Sed tu horum magnos vicisti sola furores,
 Ut semel es flavo conciliata viro. 130
- 64, 21. Detinat D. 22. simul *add Itali.* 23. penetrales
 desseruisse deos D. 24. Nec L. 25. placato D. 26. Quod
 L. 28. absolvens D. 29. aruptum L. *supra v. 5.* abrupto.
 30. Que D. grai DL. peneum L, peneius D. *correxist Avanti-*
us. cileneum L, celenem D.
 65, 1. Siccari DL. *correxist Schraderus.* 3. Aldit D *solus,*
u
 Audet L. *correxist Palmerius.* 5. Pertulit DL. 6. terretur L.
 9. divum D: tuum L. *fortasse durum domitam.* 10. nec D
tam
 et pr L. causa L. 12. tum D. 15. Suscitata L, Susci-
 tat et L. voltarium D, vultarium L. 17. improbius D.
 19. Quam quae *Vossius.* 20. tuorum L, horum (*omisso tu*) D.
 21. es *Riccardianus:* est D, é L.

Aut nihil aut paulo cui ^{lun} concedere digna
 Lux mea se nostrum contulit in gremium,
 Quam circumcursans hinc illinc saepe Cupido
 25 Fulgebat crocina candidus in tunica.
 Quae tamen etsi uno non est contenta Catullo,
 Rara verecundae furta feremus herae,
 Ne nimium sinus stultorum more molesti.
 Saepe etiam Iuno, maxima caelicolum,
 30 Coniugis in culpa flagrantem quotidiana,
 66 Noscens omnivoli plurima furta Iovis.
 At, quia nec divis homines componier aequum est,

2 Ingratum tremuli tolle parentis onus.
 Nec tamen illa mihi dextra deducta paterna
 Fragrantem Assyrio venit odore domum,
 5 Sed furtiva dedit mira munuscula nocte,
 Ipsius ex ipso dempta viri gremio.
 Quare illud satis est, si nobis is datur unus,
 Quem lapide illa diem candidiore notat.
 Hoc tibi, quod potui, confectum carmine munus
 10 Pro multis, Alli, redditur officiis,
 Ne vestrum scabra tangat rubigine nomen
 Haec atque illa dies atque alia atque alia.
 Huc addent divi quam plurima, quae Themis olim
 Antiquis solita est munera ferre piis.
 15 Sitis felices et tu simul et tua vita
 Et domus ipsa, in qua lusimus et domina,
 Et qui principio nobis terram dedit aufert, *l. auctor*
 A quo sunt primo omnia nata bono, *l. a*
 Et longe ante omnes mihi quae me carior ipso est, *160*
 20 Lux mea, qua viva vivere dulce mihi est.

65, 22. paulum Colocius. tum nescio quis ante Muretum.
 24. huc illuc D. 28. scimus L. 30. continet iram Santenius,
 concoquit iram ego.
 66, 1. facta L. Atque nec Laurentianus. hominem D.
 componere DL. 2. fortasse tremulist illa. 3. deastra DL.
 4. Flagrantem asyrio L. 7. id Laurentianus et Parisinus.
 unis L. 8. dies DL. notet D. 10. aliis DL. correxit Sca-
 liger. Manli Colocius et alii. 11. Nec L. nostrum D.
 tangam D. 12. Nec D. 13. plura D. 15. Satis L. et tua]
 a tua D. 16. ipsa om L. 17. terram nobis D solus. 18. nota
 D solus. 19. qui D. ipse est D. 20. est om D. vivere mihi
 dulce est L.

Noli admirari, quare tibi femina nulla,
 Rufe, velit tenerum supposuisse femur,
 Non si illam raræ labefactes munere vestis
 Aut perluciduli deliciis lapidis.
 25 Laedit te quaedam mala fabula, qua tibi fertur
 Valle sub alarum trux habitare caper.
 Hunc metuunt omnes. neque mirum: nam mala valde est
 Bestia, nec quicum bella puella cubet.
 Quare aut crudelem nasorum interface pestem,
 30 Aut admirari desine cur fugiunt.

67 Nulli se dicit mulier mea nubere malle
 Quam mihi, non si se Iuppiter ipse petat.
 Dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti,
 In vento et rapida scribere oportet aqua.

5 Si quoi, Virro, bono sacrorum obstitit hircus,
 Aut si quem merito tarda podagra secat,
 Aemulus iste tuus, qui vestrum exercet amorem,
 Mirifice est a te nactus utrunque malum.
 Nam quotiens futuit, totiens ulciscitur ambos:
 10 Illam affligit odore, ipse perit podagra.

Dicebas quondam solum te nosse Catullum,
 Lesbia, nec prae me velle tenere Iovem.
 Dilexi tum te non tantum ut vulgus amicum,
 Sed pater ut gnatos diligit et generos.
 15 Nunc te cognovi: quare etsi impensius uror,
 Multo mi tamen es vilior et levior.
 Qui potis est? inquis. quod amantem iniuria talis
 Cogit amare magis, sed bene velle minus.

66, 21—30. om D et Riccardianus. 22. Ruffe L. 23. Nos
 illa mare L, Parisinus, Laurentianus. correxit Avantius in Ald.
 1502. labefactos Parisinus et Laurentianus. 24. pro luciduli
 iidem. 28. nec cum qua L, sed, quantum scio, solus. nec cui
 cum Laurentianus.

67, 4. rabida L. 5. qua L, qua D, quo Laurentianus.
 viro DL. homini Guarinus. sacer alarum Itali. obstit D.
 6. quam DL. secat D: secum L. 8. Morfice D. 9. futi-
 vit D. 11. Dicabis D. 13. tum Laurentianus et margo L:
 tunc D, num L. 14. natos L. et L: at D. 16. mi tamen
 es Guarinus: ita me nec —: D, ita me nec L. 17. Quid D, Quis
 Laurentianus. niquis pr L. telis D solus. 18. Donat. Andr. 4, 3, 3.

Desine de quoquam quicquam bene velle mereri
 20 Aut aliquem fieri posse putare pium.
 Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne:
 Immo etiam taedet, si fit, obestque magis,
 Ut mihi, quem nemo gravius nec acerbius urget,
 Quam modo qui me unum atque unicum amicum habuit.

25 Gellius audierat patrum obiurgare solere,
 Siquis delicias diceret aut faceret.
 Hoc ne ipsi accideret, patrum perdepsit ipsam
 Uxorem et patrum reddidit Harpocratem.
 Quod voluit fecit: nam, quamvis inrumet ipsum
 30 Nunc patrum, verbum non faciet patruus.

68 Rufe mihi frustra ac nequicquam credite amico
 (Frustra? immo magno cum pretio atque malo),
 Siccine subrepsi mei atque intestina perurens
 Ei misero eripuisti omnia nostra bona?
 5 Eripuisti, heu heu nostrae crudele venenum
 Vitae, heu heu nostrae pestis amicitiae.
 Sed nunc id doleo, quod purae pura puellae
 Savia conminxit spurca saliva tua.
 Verum id non impune feres: nam te omnia saecula
 10 Noscent, et qui sis fama loquetur anus.

Gallus habet fratres, quorum est lepidissima coniunx
 Alterius, lepidus filius alterius.

67, 19. quisquam L. 22. si fit obestque magis] sic fere
*Avantius, nisi quod taedet bis posuit: mihi si fit in stet, quod
 libri habent, latere videbatur. stetque (obestque margo L) ma-
 gisque magis DL. 23. qm i. e. quoniam D, quae L. 24. ami-
 cum habet DL, habuit amicum Laurentianus. 25. Lellius L,
 Lelius D. obiurgia Laurentianus et Riccardianus, abiurgia D.
 flere DL. 27. perdespuit DL. correxit Scaliger. 28. et L:
 at D.*

68. 69. *Has duas paginas Scaligero duce hic posui, quas libri
 collocant post 70. 68, 1. Ruffe L. 2. uno Laurentianus.*

3. subrecti DL, subrepti Parisinus et Laurentianus. 4. Mi
 Laurentianus, Sic D, Si L, ex quo feci Ei. miser D. 5. Ari-
 puisti D. 6. pectus DL. 7—10. libri ponunt post tria quae
 sequuntur disticha: huc revocavit Scaliger. 7. purae L: puer D.

8. conminxit Scaliger: coniunxit DL. 9. Id verum non DL.
 10. qui (quis L) sis (scis D) famulosque (famuloque L) tenus DL.

Gallus homo est bellus: nam dulces iungit amores,
 Cum puero ut bello bella puella cubet.
 Gallus homo est stultus nec se videt esse maritum,
 Qui patruus patruī monstret adulterium.

11 **L**esbius est pulcher: quid ni? quem Lesbia malit
 Quam te cum tota gente, Catulle, tua.
 Sed tamen hic pulcher vendat cum gente Catullum,
 Si tria natorum savia reppererit.

15 **Q**uid dicam, Gelli, quare rosea ista labella
 Hiberna fiant candidiora nive,
 Mane domo cum exis et cum te octava quiete
 E molli longo suscitatur hora die?
 Nescio quid certe est: an vere fama susurrat
 20 Grandia te medii tenta vorare viri?
 Sic certe est: clamant Victoris rupta miselli
 Illa, et emulso labra notata sero.

Nemone in tanto potuit populo esse, Iuventi,
 Bellus homo, quem tu diligere inciperes,
 25 Praeterquam iste tuus moribunda a sede Pisauri
 Hospes inaurata pallidior statua,
 Qui tibi nunc cordi est, quem tu praeponere nobis
 Audes, et nescis quod facinus facias.

Quinti, si tibi vis oculos debere Catullum
 30 Aut aliud siquid carius est oculis,
 69 Eripere ei noli, multo quod carius illi
 Est oculis seu quid carius est oculis.

Lesbia mi praesente viro mala plurima dicit:
 Hoc illi fatuo maxima laetitia est.

- 68, 11. ni quem *margo L*: inquam *DL*. 12. Quō *D*.
 14. notorum *Scaliger*, amatorum *Itali*. suavia *D*. 17. domum
D. exisset cum *L*. 18. Te *D*. suscitetur *D*. ora *DL*.
 20. tanta *L*. 21. Sed *D*. 22. Ille te (de *Laurentianus*) mul-
 so *DL*. 23. Nemo me *D*. viventi *L*. 24. incipies *D*.
 25. a om *apud Vibium Sequestr.* in v. Pisaurus. 27. Quid *L*.
 num *D*. 28. quid *L*. 29. sit *D*. 30. siquis *D*.
 69, 4. Hec *D*, *Laurentianus*; *Riccardianus*.

5 Mule, nihil sentis. si nostri oblita taceret,
 Sana esset: nunc quod gannit et obloquitur,
 Non solum meminit, sed, quae multo acrior est res,
 Irata est, hoc est, uritur et loquitur.

C^{ommoda} dicebat, si quando commoda vellet
 10 Dicere, et insidias Arrius hipsidias,
 Et tum mirifice sperabat se esse locutum,
 Cum quantum poterat dixerat hinsidias.
 11 Credo, sic mater, sic Liber avunculus eius,
 Sic maternus avus dixerat atque avia.
 Hoc misso in Syriam requierant omnibus aures:
 Audibant eadem haec leniter et leviter,
 15 Nec sibi postilla metuebant talia verba,
 Cum subito affertur nuntius horribilis,
 Ionios fluctus, postquam illuc Arrius isset,
 Iam non Ionios esse, sed Hionios.

O^{di} et amo. quare id faciam, fortasse requiris,
 20 Nescio, sed fieri sentio et excrucior.

Q^{uintia} formosa est multis, mihi candida, longa,
 Recta est. haec ego sic singula confiteor,
 Totum illud formosa nego: nam nulla venustas,
 Nulla in tam magno est corpore mica salis.
 25 Lesbia formosa est, quae cum pulcherrima tota est,
 Tum omnibus una omnes surripuit Veneres.

N^{ulla} potest mulier tantum se dicere amatam
 Vere, quantum a me Lesbia amata mea es.

69, 5. Mulle DL. 6. Samia pr L. quod nunc garrit
 Laurentianus. canit L. 8. Invita D solus. coquitur Lipsius.
 9. Commoda DL. v. Quintilian. inst. 1, 5, 20. p. 57.
 10. arrius . . . insidias D, arrius insidias haec L, arrius insidias
 Laurentianus. Et, Cum] hoc distichon in libris ponitur post
 v. 16. Et cum D. insidias DL. 11. ei est D, eius est L.
 13. Hic pr L. syria DL. requierant Laurentianus: requie-
 bant D, requierunt L. 14. Audiebant L. hoc Laurentianus.
 17. postquam D. artius Laurentianus, arctius DL. 18. sed
 ionios DL. 21. est formosa est D. 24. corpore est L.
 26. subripuit D, arripuit L. 28. a me om D. est DL. cor-
 rexerit Scaliger.

Nulla fides nullo fuit unquam foedere tanta,
 30 Quanta in amore tuo ex parte reperta mea est.
 70 Nunc est mens deducta tua, mea Lesbia, culpa,
 Atque ita se officio perdidit ipsa suo,
 Ut iam nec bene velle queat tibi, si optima fias,
 Nec desistere amare, omnia si facias.

5 Siqua recordanti benefacta priora voluptas
 Est homini, cum se cogitat esse pium,
 Nec sanctam violasse fidem, nec foedere in ullo
 Divum ad fallendos numine abusum homines,
 Multa parata manent in longa aetate, Catulle,
 10 Ex hoc ingrato gaudia amore tibi.
 Nam quaecunque homines bene cuiquam aut dicere possunt
 Aut facere, haec a te dictaque factaque sunt,
 Omnia quae ingratae perierunt credita menti.
 Quare iam te cur amplius excrucies?
 15 Quin tu animo affirmas itaque istinc teque reducis,
 Et deis invitis desinis esse miser?
 Difficile est longum subito deponere amorem.
 Difficile est, verum hoc qua lubet efficias:
 Una salus haec est, hoc est tibi pervincendum:
 20 Hoc facias, sive id non pote sive pote.
 O dii, si vestrum est misereri, aut si quibus unquam
 Extremam iam ipsa morte tulistis opem,
 Me miserum aspiciate (et, si vitam puriter egi,
 Eripite hanc pestem perniciemque mihi),
 25 Hei mihi surrepens imos ut torpor in artus
 Expulit ex omni pectore laetities.
 Non iam illud quaero, contra ut me diligat illa,

69, 29. ullo L. tanto L.

70, 1. Nunc Cuiacianus vel errore felici vel de coniectura
 Itali: Huc DL. me D. 2. prodidit D. 3. velleque tot
 tibi DL, queam Itali. 6. hominum D. 7. foedere nullo DL.
 8. adusum D. 9. manenti in L. 11. ut L. 13. Omnia-
 que DL. 14. cur te iam L. 15. Qui DL. itaque Scalig-
 er: teque D, atque L. instinctoque Laurentianus, instintuque
 D, instincto L. correxit Heinsius. 16. Vt L. des DL.
 invito desinas D. 18. qualibet Riccardianus, quam lubet L,
 qualibus D. efficies D. 19. hoc est hoc et tibi D. 20. fa-
 cies L. 22. Extrema Laurentianus. ipsam idem. 23. pue-
 riter L. 25. Seu DL. ut D: in L. corpore in DL.
 26. delities D. 27. me ut me Laurentianus.

Aut, quod non potis est, esse pudica velit:
 Ipse valere opto et tetrum hunc deponere morbum.
 30 O dii, reddite mi hoc pro pietate mea.

71 Quid facit is, Gelli, qui cum matre atque sorore
 Prurit et abiectis pervigilat tunicis?
 Quid facit is, patruum qui non sinit esse maritum?
 Ecqui scis quantum suscipiat sceleris?
 5 Suscipit, o Gelli, quantum non ultima Tethys
 Nec genitor Nympharum abluit Oceanus:
 Nam nihil est quicquam sceleris, quo prodeat ultra,
 Non si demisso se ipse voret capite.

Gellius est tenuis: quid ni? cui tam bona mater
 10 Tamque valens vivat tamque venusta soror
 Tamque bonus patruus tamque omnia plena puellis
 Cognatis, quare is desinat esse macer?
 Qui ut nihil attingat, nisi quod fas tangere non est,
 Quantumvis quare sit macer invenies.

15 Nascatur Magus ex Gelli matrisque nefando
 Coniugio et discat Persicum aruspicium:
 Nam Magus ex matre et gnato gignatur oportet,
 Si vera est Persarum impia relligio,
 Gnatus ut accepto veneretur carmine divos
 20 Omentum in flamma pingue liquefaciens.

Non ideo, Gelli, sperabam te mihi fidum
 In misero hoc nostro, hoc perduto amore fore,
 Quod te cognossem bene constantemve putarem
 Aut posse a turpi mentem inhibere probro,

70, 29. et iterum *pr L.* 30. proprietate *L.*

71, 1. 3. facis is *D.* 2. Proruit *pr L.* 4. Et qui *D.* Ec-
 quid *Laurentianus*, Et quid *L.* quantum *D.* tantum *L.*
 5. quantum *D.* 7. quod *D.* 8. se ipso *D.* 9. Bellius *D.*
 10. iuvat *D.* 12. maler *D.* 14. sit *Laurentianus*: sis *D.* fit *L.*
 15. magnus *L.* 17. magnus *L.* 19. ut *L.*: ait *D.* vove-
 retur *D.* 20. Omne tum *pr L.* flamam *L.* 22. prius hoc
om Laurentianus. 23. constantēve *L.* constanterque *D.*
 24. Haud *D.* a *D.*: aut *L.* mente *L.* probro *D.*

25 Sed neque quod matrem nec germanam esse videbam
 Hanc tibi, cuius me magnus edebat amor.
 Et quamvis tecum multo coniungerer usu,
 Non satis id causae credideram esse tibi.
 Tu satis id duxti: tantum tibi gaudium in omni
 30 Culpa est, in quacunque est aliquid sceleris.

72 **L**esbia mi dicit semper male nec tacet unquam
 2 De me: Lesbiam me dispeream nisi amat.
 Quo signo? quia sunt totidem mea: deprecor illam
 Assidue, verum dispeream nisi amo.

3 **N**il nimium studeo, Caesar, tibi velle placere,
 Nec scire utrum sis albus an ater homo!

5 **M**entula moechatur. moechatur mentula: certe.
 Hoc est, quod dicunt, ipsa olera olla legit.

Zmyrna mei Cinnae nonam post denique messem
 Quam coepta est nonamque edita post hiemem,
 Millia cum interea quingenta Hortensius uno
 10 Zmyrna cavas satrachi penitus mittetur ad undas,
 Zmyrnam cana diu saecula pervoluent.
 At Volusi annales paduam morientur ad ipsam
 Et laxas scombris saepe dabunt tunicas.

71, 26. Nam *pr L.* 27. coniungerer *D.* 29. satis inducti *DL.*
 30. Culpa et in *D.*

72, 2. dispeream *D.*, dispereat *Gellius Schoppii* 6, 16. Quo, assidue] *hos versus om D., Laurentianus, Riccardianus, pr L et multi alii: addidere Itali ex Gellio.* sunt *L., Parisinus: sin Gellius Schoppii.* mea *Parisinus, Commelinianus et Mediolanensis* 24, in quo hoc distichon post v. 22 ponitur: ea *L et Gellius Schoppii.* vero *L.* 4. Nec si ore *L.* Ne nisi orem *D.* si *L.* salvus an alter *DL. v. Quinctilian. inst. 11, 1, 38. p. 969.*
 6. ollera olla *D.* 7. 11. Zmyrna *D.*, Zmyrna *L. v. Philargyr. ad Virgil. ecl. 9, 35 et comment. Horatii Cruq. p. 635.* cine *D.*
 8. cepta novamque *D.* 10. interstitium in *D.*, non in *L.*
 11. canas *DL.* 12. Zmyrnam cana *L.*, Zmyrna incana *D.* pervoluit *DL.* 13. annales *D.*

15 **P**arva mei mihi sint cordi monumenta :
At populus tumido gaudeat Antimacho.

Si quicquam mutis gratum acceptumve sepulcris
Accidere a nostro, Calve, dolore potest,
Quo desiderio veteres renovamus amores
20 Atque olim missas flemus amicitias,
Certe non tanto mors immatura dolori est
Quintiliae, quantum gaudet amore tuo.

Non (ita me dii ament) quicquam referre putavi,
Utrum os an culum olfacerem Aemilio.
25 Nihilo mundius hoc, nihiloque inmundior ille,
Verum etiam culus mundior et melior:
Nam sine dentibus est. hic dentis sesquipedalis,
Gingivas vero ploxemi habet veteris,
Praeterea rictum qualem defessus in aestu
30 Meientis mulae cunnus habere solet.

73 **H**ic futuit multas et se facit esse venustum,
Et non pistrino traditur atque asino?
Quem siqua attingit, non illam posse putemus
Aegroti culum lingere carnificis?

5 **I**n te, si in quenquam, dici pote, putide Victi,
Id quod verbosis dicitur et fatuis.

72, 15. laboris *D.* sodalis *Avantius in Ald.* 1502. 16. en-
thimaco *L.* enthimare *D.* 17. Di *D.* et gratum *L.* 18. Ac-
cipere *D.* calle *D.* 21. dolore est *L.* dolor est *Laurentia-*
nus. 22. quanto *D.* 23. quicquid *L.* 25. Nihil *margo L.*
mundior *D.* inmundior *margo L.* nihiloque *margo L.*: ni-
hilo *D.* nobisque *L.* inmundius *L.* illo *D.* ex quo feci ille;
illud *L.* 27. hos post dentis *add D.* os *Riccardianus.*
sexquipedalis *D.* seseque *dedalis L.* 28. ploxemi *vel* ploxeni
apud Quinctilian. inst. 1, 5, 8. p. 53, ploximi *in fragm. Festi* p. 40,
ploxini *apud Paulum,* ploxonio *L.* interstitium *in D.* 29. de-
fessus *L.* inerentis *D.* meientis *Riccardianus.* diffissus *Stattus.*
aestum *DL.* 30. Defessus *D.*

73, 1. Nec *D.* se fecit *L.* 2. petrino *D.* 5. in quen-
quam *margo L.*: inquam quam *L.* inquam quod *D.* potest *D.*
6—9. om *D.* sed, quod scio, solus. 6. In *Riccardianus.*

Ista cum lingua, si usus veniat tibi, possis
 Culos et crepidas lingere carpatinas.
 Si nos omnino vis omnes perdere, Victi,
 10 Hiscas: omnino quod cupis efficies.

Surripui tibi, dum ludis, mellite Iuventi,
 Suaviolum dulci dulcius ambrosia.
 Verum id non impune tuli: namque amplius horam
 Suffixum in summa me memini esse cruce,
 15 Dum tibi me purgo nec possum fletibus ullis
 Tantillum vestrae demere saevitiae.
 Nam simul id factum est, multis diluta labella
 Abstersti guttis omnibus articulis,
 Ne quicquam nostro contractum ex ore maneret,
 20 Tanquam commictae spurca saliva lupae.
 Praeterea infesto miserum me tradere Amori
 Non cessasti omnique excruciare modo,
 Ut mi ex ambrosia inutatum iam foret illud
 Saviolum tristi tristius helleboro.
 25 Quam quoniam poenam misero proponis amori,
 Nunquam iam posthac basia surripiam.

Caelius Aufilenum et Quintius Aufilenam
 Flos Veronensum depereunt iuvenum,
 Hic fratrem, ille sororem. hoc est, quod dicitur, illud
 30 Fratrum vere dulce sodalitiū.
 74 Cui faveam potius? Caeli, tibi: nam tua nobis
 Perfecta exigitur unica amicitia,
 Cum vesana meas torreret flamma medullas.
 Sis felix, Caeli, sis in amore potens.

73, 7. unus *pr L.* venia *Riccardianus.* 8. carpathias
idem. 10. Discas *DL.* *correxerit Vossius.* 11. Surripuit *L.*
 12. ambrosio *L.* 14. me *om D.* 18. Abstersti guttis *D,* Gut-
 tis abstersti *L.* 19. Nec *L.* vestro *D.* 20. commictae *Vos-*
sius: committe *Laurentianus,* coniuncte *D,* coniunctae *L.*
 22. Nunc *D.* 23. mihi *DL.* ambrosio *L.* 24. Suaviolum *D.*
 eleboro *DL.* 25. praeponis *DL,* 26. iam *om D.* 27. Me-
 lius aufelium et quintus aufilenam *D.* 28. Veronensium *L,*
 treronensium *pr L.* depereant *D,* depereret *L,* depererant *Lau-*
rentianus. 29. sorores *L.* est quod *om D.*

74, 1. cele *D.* 2. est igitur est *L.* Perspecta exigit hoc *Co-*
locius, Minturnus et Perreius, Per facta exhibita est ego. 3. vexa-
 na *D,* vessana *L.* 4. in *L:* mihi *D.*

5 **M**ultas per gentes et multa per aequora vectus
 Advenio has miseram, frater, ad inferias,
 Ut te postremo donarem munere mortis
 Et mutam nequicquam alloquerer cinerem,
 Quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum,
 10 Heu miser indigne frater adempte mihi.
 Nunc tamen interea, prisco quae more parentum
 Tradita sunt tristis munera ad inferias,
 Accipe fraterno multum manantia fletu,
 Atque in perpetuum, frater, ave atque vale.

15 **S**i quicquam tacito commissum est fido ab amico,
 Cuius sit penitus nota fides animi,
 Meque esse invenies illorum iure sacratum,
 Corneli, et factum me esse puta Harpocratem.

Aut sodes mihi redde decem sestertia, Silo,
 20 Deinde esto quamvis saevus et indomitus:
 Aut, si tē nummi delectant, desine quaeso
 Leno esse atque idem saevus et indomitus.

Credis me potuisse meae maledicere vitae,
 Ambobus mihi quae carior est oculis?
 25 Non potui, nec, si possem, tam perditae amarem
 Sed tu cum Tappone omnia monstra facis.

Mentula conatur Pipleum scandere montem:
 Musae furcillis praecipitem eiiciunt.

Cum puero bello praeconem qui videt esse,
 30 Quid credat, nisi se vendere discupere?

74, 8. mutum *D*. 9. Quando quid *D*. 11. Nec *D*.
 interea hoc *L*. priscoque *L*, prisco de *D*. 12. tristi *L*, inter-
 stitium in *D*. munere *L*. 13. multa mea munera fletu *D*.
 19. decem om *D*. sextertia *D*. 20. est ó *L*, es o *D*. 21. mīmi
DL, numi *Laurentianus*. 23. Credis mi *D*. maladicere *D*.
 24. mihi *L*: nobis *D*. 25. amare *L*. 26. cum tappone *L*:
 cum cappone *Laurentianus*, cuncta potes *D*. 27. Centula *D*.
 pipleum *Laurentianus*. scindere *L*. 28. furcillis *Lauren-*
tianus: forcillis *L*, fortillis *D*. 29. bello *Itali*: obelio *D*, obel-
 lio *L*. esse margo *L*: ipse *DL*. 30. Qui *D*.

75 **S**i quicquam cupido optantique obtigit unquam
 Insperanti, hoc est gratum animo proprie.
 Quare hoc est gratum nobis quoque carius auro,
 Quod te restituis, Lesbia, mi cupido.
 5 Restituis cupido atque insperanti ipsa refers te
 Nobis. o lucem candidiore nota!
 Quis me uno vivit felicior, aut magis
 Optandus vita dicere quis poterit?

Si Comini arbitrio populari cana senectus
 10 Spurcata impuris moribus intereat,
 Non equidem dubito quin primum inimica bonorum
 Lingua execta avido sit data vulturio,
 Effossos oculos voret atro gutture corvus,
 Intestina canes, cetera membra lupi.

15 **I**ocundum, mea vita, mihi proponis amorem
 Hunc nostrum inter nos perpetuumque fore.
 Dii magni, facite ut vere promittere possit,
 Atque id sincere dicat et ex animo,
 Ut liceat nobis tota perducere vita
 20 Aeternum hoc sanctae foedus amicitiae.

Aufilena, bonae semper laudantur amicae:
 Accipiunt pretium, quae facere instituunt.
 Tu, quod promisti mihi, quod mentita inimica es,
 Quod nec das nec fers, saepe facis facinus.
 25 Aut facere ingenuae est, aut non promissae pudicae,
 Aufilena, fuit: sed data corripere

75, 1. quicquid *L.* ottigit *D.* 2. animi *D.* 3. est om *L.*
 hac

6. luce *DL.* 7. Quis me vivit uno uno felicior *D.* me est *L.*
 hac est *Parisinus*, me est *Laurentianus*. fortasse hac res Optan-
 das. 9. Sic homini *DL.* arbitrio populari *Riccardianus*: po-
 populari om *D* spatio relicto post arbitrio, populari arbitrio *L.*
 tua ante cana *DL.* quod Itali delendum esse viderunt. 12. ex-
 cepta *D.* exerta *L.* 15. Iocundum *D.* amore *pr L.*
 16. Nunc *D.* 19. producere *codices Statii.* 20. Aeternum *D.*
 Alternum *Laurentianus.* 22. quod margo *L.* 23. promisisti *DL.*
 25. promissa *DL.*

Fraudando plus quam meretricis avarae,
Quae sese toto corpore prostituit.

Aufilena, viro contentas vivere solo,
30 Nuptarum laus e laudibus eximiis:
76 Sed cuivis quamvis potius succumbere par est,
Quam matrem fratres ex patruo.

Multus homo est Naso nec tecum multus homo sed
Descendit: Naso, multus es et pathicus.

5 Cōsule Pompeio primum duo, Cinna, solebant
Mecilia: facto consule nunc iterum
Manserunt duo, sed creverunt millia in unum
Singulum. fecundum semen adulterio.

Firmanus saltu non falso Mentula dives
10 Fertur, qui tot res in se habet egregias,
Aucupium, omne genus piscis, prata, arva ferasque.
Nequicquam: fructus sumptibus exuperat.
Quare concedo sit dives, dum omnia desint.
Saltum laudemus, dum modo ipse egeat.

15 Mēntula, habes instar triginta iugera prati,
Quadraginta arvi: cetera sunt maria.
Cur non divitiis Croesum superare potis sit,
Uno qui in saltu totmoda possideat,
Prata, arva, ingentes silvas saltusque paludesque
20 Usque ad Hyperboreos et mare ad Oceanum?

75, 27. efficit *add L*, effecit *Parisinus*, effici *Riccardianus*.
28. tota *L*. praestituit *D*. 29. Aufilenam *L*, Suphilomena *D*.
contentas *Scaliger*: contentam *DL*. 30. e *Scaliger*: est *DL*.
76, 1. Sed cuius *DL*. pars est *L*. 2. nullum interstitium
in *L*, efficere *Itali*. 3. nec *D*: neque *L*. sed *D*: que *L*.
6. fortasse Maeciliam. 8. Singula *Itali*. 9. saltu *Avantius in*
Ald. 1502: salius *DL*. mensula *D*. 11. Aucupiam *L*, Aucu-
piam *Laurentianus*. 12. Nec quicquam sumptus fructibus *D*.
14. Saltem *DL*. fortasse dum domo ipse. 15. habet *DL*,
quod correxi. inster *D*. 17. crhesum *D*. potuisset *L*.
19. saltusque paludesque *Laurentianus*: saltus paludesque *L*, al-
tasque paludes *D*.

Omnia magna haec sunt, tamen ipse es maximus ultro,
Non homo, sed vero mentula magna minax.

Saepe tibi studioso animo venante requirens
Carmina uti possem mittere Battiadae,
25 Qui te lenirem nobis, neu conarere
Telis infestum mittere in usque caput,
Hunc video mihi nunc frustra sumptum esse laborem,
Gelli, nec nostras hic valuisse preces.
Contra nos tela ista tua evitamus amictu:
30 At fixus nostris tu dabi supplicium.

76. 21. es *Italus in codice impresso Vaticano: et D, si L.*
ultor *DL.* 23. animo *om D.* requirens *Avantius: requires*
DL. 24. buttriadae *D, batriadae L.* 26. infesta *L.* mit-
teremusque *DL.* 27. Hunc ego video *D.* nunc mihi *L.*
28. hinc *L.* preceps *D.* 29. evitabimus *L.* amicta *DL.*
30. Affixus *L.* dabis *DL.* 1423 di 20. Novembr. *Parisinus.*

Explicit liber Catulli Veronensis. Laus Deo omnipotenti. Ghe-
rardus Cerasius de Florentia scripsit pro Ioanne Cosme de Medi-
cis. Amen. *Laurentianus.* Finis *MCCCLXIII D.* Finit Liber
Catulli poetae *L.*

FRAGMENTA.

1.

At non effugies meos iambos.

Commentator Horat. Cruq. carm. 1, 16, 24.

2.

Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape.
 Qua domus tua Lampsaci est quaque Priape.
 Nam te praecipue in suis urbibus colit ora
 Hellespontia ceteris ostriosior oris.

*Terentianus Maurus v. 2755. Atilius Fortun. p. 2675 seq.
 2697. Marius Victorinus p. 2567, 2598 seqq. Censorinus
 fr. de metr. p. 2727.*

3.

de meo ligurrire libido est.

Catullus Priapo (Priapeo): *Nonius 2, 507.*

4.

[Animula miserula properiter abiit.]

Nonius 11, 63. Sereno ascribit Diomedes p. 513.

5.

Lucida qua splendent summi carchesia mali.

*Nonius 15, 28. Cinna, Lucida confulgent alti carchesia ma-
 li: Isidorus orig. 19, 2.*

6.

salvete, deum gens, o bona matrum

Progenies, salvete iterum.

Interpr. Virgil. Veron. ad Aen. 5, 80. conf. p. 42, 30.

F

7.

Falleret indepreensus et irremeabilis error.

Est autem versus Catulli. *Servius ad Virgil. Aen. 5, 591.*
cf. p. 46, 2.

8.

Cannabia exc carbasus Euros

Umbrosa c an

Carbasus et masculino et feminino genere dictus est. *Catullus: Interpr. Virgil. Veron. ad Aen. 8, 34.*

9.

Quo te carmine dicam, Rhaetica? Hanc uvam Cato praecipue laudat in libris quos scripsit ad filium: contra Catullus eam vituperat et dicit nulli rei aptam esse, miraturque cur eam laudaverit Cato. *Servius ad georg. 2, 95.*

10.

Hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud nos proximeque Virgilii incantamentorum amatoria imitatio. *Plinius hist. nat. 28, 2. s. 4.*

11.

Hinc etiam Catullus cavere dixit. *Servius ad Aen. 4, 409.*

12.

Notandum sane etiam de iride arcum genere masculino dicere Virgilium: Catullus et alii genere feminino ponunt. *Servius ad Aen. 5, 610.*

13.

Catullus hoc turben dicit, ut hoc carmen. *Servius ad Aen. 7, 378.*

P. 22, 15. ser. codicillos. 33, 9. Hymenaeae. 40, 14. chorus.
Not. 17, 20. dele numerum. 25, 12. ser. 3. 32, 19. Probra 36, 16. secundus 53, 28. messor refer ad v. 26. 65, 15. Suscitatur et D.
Not. 1, 23, 6, 22, 10, 29, 26, 12. 32, 28. Alexander Guarinus nepos intelligendus est, reliquis locis Baptista pater. Guarino avo codices non sinceri hexastichon libro praefixum ascribunt, in cuius versu 5, infinitivum celebrare exhibent.

C. LICINII CALVI
CARMINUM FRAGMENTA.

1.

Durum rus fugis et laboriosum.
in poematis: *Gellius* 9, 12. Gallus poematis: *Nonius* 2, 491.

2.

Et talis Curius pereruditus.
hendecasyllabus: *Asconius ad Cicer. orat. in toga candida.*

3.

vaga candido Nympha quod secet ungui.
in poemate: *Charisius* 1, p. 120. *Lilium addit Broukhusius.*

4.

cum iam fulva cinis fuero.
in carminibus: *Charisius* 1, p. 78. et *Nonius* 3, 51, ubi legitur fueris.}

5.

Forsitan hoc etiam gaudeat ipsa cinis.
in carminibus: *Charisius* 1, p. 78.

6.

Magnus, quem metuunt omnes, digito caput uno
Scalpit. quid credas hunc sibi velle? virum.
carmen: *Seneca controv.* 5, 30 et 3, 19. *schol. Lucani* 7, 726. *qui Martiali tribuit et habet homines (omnes Pithoeus edidit) et quid dicas.*

7.

Bithynia quicquid

Et paedicator Caesaris unquam habuit.
Suetonius in Caesare 49.

8.

C. Calvo (Caesar) post famosa epigrammata de reconcilia-
tione per amicos agenti ultro ac prior scripsit. *Suetonius*
in Caesare 73.

9.

Eunique (Tigellium) addictum iam tum puto esse Calvi Li-
cinius Hipponacteo praeconio. *Cicero epist.* 7, 24.

10.

Hesperium ante iubar quatiens.
in epithalamio: *Priscianus* 5, p. 658.

11.

Cum gravis ingenti connivere pupula somno.
Priscianus 9, p. 866. urgenti N. Heinsius.

12.

partus gravido portabat in alvo.
Charisius 1, p. 61.

13.

Pollentemque deum Venerem.
Macrobius Saturn. 3, 8. Servius ad Aen. 2, 632.

14.

Et leges sanctas docuit et cara iugavit
 Corpora conubiis et magnas condidit urbes.
 alii dicunt favere nuptiis Cererem, quod prima nupserit Iovi
 et condendis urbibus praesit, ut Calvus docet: *Servius*
ad Aen. 4, 58.

15.

hunc tanto munere digna.
Servius ad Aen. 11, 169.

16.

Ah virgo infelix, herbis pascaris amaris.
 in Io: *Servius ad ecl. 6, 47.*

17.

Sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus.
 in Io: *Servius ad ecl. 8, 4.*

18.

Frigida iam celeri peragrata Borysthenis ora.
 in Io: *Probus gramm. inst. 1, p. 1394.*

19.

Mens mea dira sibi praedicens omnia vecors.
 in Io: *Probus gramm. inst. 1, p. 1405.*

Tibullus, Albino

ALBII TIBULLI

LIBRI QUATTUOR

EX RECENSIONE

CAROLI LACHMANNI.

BEROLINI

TYPIS ET IMPENSIS GE. REIMERI

A. 1829.

Copy 2

in cetero libri Tibullus

regalis
ric.
etiam. Aquitanis
om. Hb
elegiographos
omittit Hb
supra scriptum

Albius Tibullus eques Romanus, insignis forma cultuque corporis observabilis, ante alios Corvinum Messalam originem (l. oratorem) dilexit, cuius et contubernalis Aquitanico bello militaribus donis donatus est. hic multorum iudicio [et maxime Quinctiliani, viri in studia [et] litterarum acerrimae licentiae,] principem inter elegiographos obtinet locum. epistolae quoque eius amatoriae, quanquam breves, omnino utiles sunt. obiit adolescens. [tempore Virgilii] ut indicat epigramma infra scriptum.

Te quoque Virgilio comitem non aequa, Tibulle, *Epitaphium Tibullus*

Mors iuvenem campos misit ad Elysios,

Ne foret, aut elegis molles qui staret amores miseros

Aut caneret forti regia bella pede.]

Finis

Tibulli elegiarum deo viri epitaphium
Sub teneris annis tenerorum liquor amorem
Decedens dura haec ecce Tibullus inuis

P R A E F A T I O.

Mirum plerisque videbitur, quod haec nova Tibulli carminum recensio Scaligeranae prope similior facta est quam Broukhusianae, cui qui me praecessere grammatici satis fideliter adhaeserunt. scilicet Scaliger, cum neque artem per regulas descriptam teneret et minutiora pro generosi illius saeculi more fere negligeret, summam tamen hic ut in ceteris litterarum partibus et ingenii virtute et sollertia consecutus erat, itaque libros optimos tamquam fidissimos duces habens ab audacia correctorum sibi diligenter caverat. at post eum grammatici cum elegantias et ratiunculas venari et bene observatis pravo iudicio uti consuevissent, nec iam ut antea boni codices in honore essent, sed per se sapiens iudicium, tunc illa pestis ingruit, quae integerrima horum carminum membra depasta est, minus sana corripuit, pro vulneribus emplastra et foedissimas cicatrices reliquit. ego vero omnia sub severam legem revocanda esse existimavi, ut singula ver-

ba ac paene litteras a quam veterrimis memoriis repeterem, coniecturae autem seu nunc sive ante quattuor saecula natae ne in apertis quidem vitiis locum concederem nisi certae, in quo quam saepe humanae naturae fragilitate peccaverim, non possum dicere: ceterum si in arte videbor ab Imm. Bekkero profecisse, et ipse laetabor neque ille, ut spero, intercedet. ac, quia a prioribus criticis pleraque rationibus nimis operose conquisitis satis disputata esse intelligebam, et hunc parvum libellum, qui iam in bina volumina extendi consuevit, tandem in se contrahendum iudicabam, placuit etiam illos, quos dicit Huschkius (analect. litter. p. 329), minutulos commentarios imitari, ex quibus, quos quaeque scriptura auctores habeat, nulla mora minimoque errandi periculo intelligi potest.

Itaque, cum non tam nova et prioribus criticis incognita quam fidissima quaeque emendandi libri praesidia circumspicerem, ea autem, quae nihil proprii boni ferrent nisi quod coniectura quaesitum esse appareret, contemnerem, ex multo maiore, quod mihi praesto erat, instrumento codices saeculi quinti decimi, si numerum spectes, quinque, si auctoritatem, tres solos quibus uterer selegi. horum primum [A], qui erat archiepiscopi Eboracensis, scriptus anno 1425, Nicolaus Heinsius excerpserit in schedis quibusdam, quibus una alios quattuor Anglicanos complexus est (inter mss. occid. bibliothecae Diezia-

nae n. 55^d fol. 15 seqq.), littera E notatum, col-
 latum cum exemplari editionis Mureti (a. 1562).
 huic auctoritate par est [B] Parisiensis regius
 7989 chartaceus anni 1423, cuius scripturas a
 Dissenio et ab Huschkio consignatas ex eorum
 commentariis petivi: est etiam ubi ab iis disces-
 serim auctoritate Car. Ben. Hasii v. cl., qui mira
 humanitate codicem mea causa denuo inspicere
 dignatus de locis non paucis dubitantem me
 confirmavit. post hos tribus recentissimis usus
 sum, quorum consensus [C] magni faciendus est,
 quamquam in singulis nihil fidei est aut ponde-
 ris. primi (is membranaceus fuit) scripturas [c]
 Broukhusius marginibus exemplaris Gryphiani a.
 1551 intulit, qui eum ab Ioanne de Witt accep-
 tum littera B significare solet: secundum ac ter-
 tium, chartaceos ac foedos aspectu, bibliotheca
 regia Berolinensis inter copias Santenianas tenet
 (mss. occid. Diez. 39^b et 21), alterum [d] olim
 N. Heinsii, qui eo a Carolo Dato donatus erat,
 alterum [e] olim Askewianum 416. illum anno
 1465 scriptum Heinsius in marginibus exempla-
 ris editionis Aldinae Perreiani appellat D: ab hoc
 Askewiano I. H. Vossius quoties vulgares scri-
 pturas confirmari scribit, toties fallitur.

Atque hi sive quinque sive potius tres libri
 ut et recentes sunt et interpolati, quippe qui
 vel totos versus a Thoma Seneca Camerte et ab
 Ioanne Aurispa fictos exhibeant, ita iis aut me-
 liores aut antiquiores nemo annis abhinc ducen-

tis et amplius vidit, ut, si quis vel centum libros coegerit, nullam tamen maiorem fidem ulli scripturae conciliaturus sit: ceterum qui tempus inutiliter terere volent, facili opera et mendas portentis similes et doctorum Italorum commenta innumera coacervare poterunt; ad quod genus eorum pleraque omnia referenda sunt, quae Statius Broukhusius Vossius ex suis excipserunt et ego, ne exempla deessent, ex Wittiano Datiano et Askewiano ubi secum dissentiunt. quid quod neque Nestor Novariensis aut Albertus ab Eybe melioribus libris usi sunt quam his novitiis ex uno fonte deductis, neque aut saeculo quarto decimo quisquam carmina Tibulli legit aut, quantum reperire potui, multis retro saeculis. nam Vincentius Bellocensis saeculi tertii decimi scriptor neque ipse horum carminum volumen habuit (quod si habuisset, Tibullum in speculo historiali non praeteriret), sed excerptas ex libro primo secundo ac tertio sententias, quarum magnam partem in speculum doctrinale contulit. atque eadem excerpta, membrana pervetusta, in Iosephi quoque Scaligeri manus venerunt, quorum scripturas manu eius notatas Heinsius sua in exemplar editionis Aldinae a. 1515 Perreianum transcripsit, unde ego repetii [*E*]. Heinsius eis fere v. A. ascripsit, c. A. 3, 6, 33. 35. ter (1, 5, 61. 2, 1, 8. 6, 19) facili errore v. posuit, quae nota est Cuiaciani recentioris. ab his excerptis cum ego Frisingensia a Iano Gebhardo

semel (p. 5) commemorata non diversa esse suspicarer, quaesivi siquid eius modi Monachii lateret: Bernh. Ios. Docenius rescripsit *excerptio- nem Tibulli* esse in codice quodam Frisingensi saeculi XI. atque huius optimi viri manu factum apographum accepturus eram, nisi eum morbo diuturno oppressum mors abstulisset: nunc thesauro hoc a nobis indicato utatur cui non invidetur.

Sed Scaliger ceteris criticis longe felicior membranam pervetustam et emendatissimam ab Iacobo Cuiacio commodatam accepit, quae nisi ita truncata fuisset ut a 3, 4, 65 demum inciperet, in priore horum carminum parte non tanta mendarum multitudo relicta esset. huius quoque libri usum excerptis Scaligeri ab Heinsio in eundem Ant. Perreii codicem illatis debemus, qui eum litteris cc notavit. mihi, quia Cuiaciani scripturam non nisi ubi excerpta erat certo indicare poteram [F], multis in locis adiicere visum est quae Scaliger tacitus edidisset; in quibus nequis eum semper illum codicem secutum esse existimet, frequens editionis Aldinae a. 1502, cuius exemplum operis videtur dedisse describendum, et alterius Cuiaciani longe illo recentioris consensus efficit.

Praeter Scaligerum unus (nam de Ioh. Ioviano Pontano nihil certi constat) libro nostris antiquiore usus esse videri potest Franciscus Pucius, quem scimus anno 1502 exemplar Regiense

Pomosisque ruber custos ponatur in hortis,
 Terreat ut saeva falce Priapus aves.
 Vos quoque, felicitis quondam nunc pauperis agri
 20 Custodes, fertis munera vestra, Lares.
 Tunc vitula innumeros lustrabat caesa iuvencos:
 Nunc agna exigui est hostia parva soli.
 Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes
 Clamet 'io messes et bona vina date',
 23 Iam modo non possum contentus vivere parvo
 Nec semper longae deditus esse viae,
 Sed Canis aestivos ortus vitare sub umbra
 Arboris ad rivos praetereuntis aquae.
 Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentes
 30 Aut stimulo tardos increpuisse boves,
 Non agnamve sinu pigeat fetumve capellae
 Desertum oblita matre referre domum.
 At vos exiguo pecori, furesque lupique,
 Parcite: de magno est praeda petenda grege.
 35 Hic ego pastoremque meum lustrare quot annis
 Et placidam soleo spargere lacte Palem.
 Adsitis, divi, nec vos e paupere mensa
 Dona nec e puris spernite fictilibus.
 Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
 40 Pocula, de facili composuitque luto.
 Non ego divitias patrum fructusque requiro,
 Quos tulit antiquo condita messis avo:
 Parva seges satis est, satis est, requiescere lecto
 Si licet et solito membra levare toro.
 45 Quam iuvat immites ventos audire cubantem
 Et dominam tenero detinuisse sinu

1, 18. saevas *c.* 19. felicitis *C*: felices *AB*. 20. al. Cul-
 tores *margo c.* nostra *B*. 21. in nostros *d.* 22. est *om d.*
 parva] magna *Scaliger* 'ex veteri membrana', hoc est ex libris
 quibusdam *Mureti*. 24. Clamat *A*. 25. Possum quippe ego
 iam *E*. non] nunc *ce.* fortasse si: *conf.* 1, 2, 71. 29. bi-
 dentem *Regiensis*. 30. tardas *pr d.* 33. Et *Vincentius sp.*
d. 5, 81. 34. magno est-grege *ABce et Vinc.*: magno-grege
 est *d.* 37. Vos quoque adeste dei *E*. nec *AC et ita Scali-*
ger: neu *B*. e *AB cum Scaligero*: de *C*. 43. Parva satis
 mensa est *AP, vel* Parva seges satis est *A*. 44. Si licet *E Sca-*
ligero teste, Heinsio negante apud Broukhusium p. 442: Scilicet
ABC. solo *E*. 45. audisse vel audire *A*. 46. detinuisse
A: continuisse *BC, vel* continuisse *A*.

- Aut, gelidas hibernus aquas cum fuderit Auster, quom
 Securum somnos imbre iuvante sequi!
 Hoc mihi contingat: sit dives iure, furem
 50 Qui maris et tristes ferre potest pluvias.
 O quantum est auri pereat potiusque smaragdi,
 Quam fleat ob nostras ulla puella vias.
 Te bellare decet terra, Messala, marique,
 Ut domus hostiles praeferat exuvias: exiles
 55 Me retinent vinctum formosae vincla puellae, retinet
 Et sedeo duras ianitor ante fores.
 Non ego laudari curo, mea Delia: tecum cupio me
 Dum modo sim, quaeso segnis inersque vocer. vomer pr. m.
 Te spectem, suprema mihi cum venerit hora, et.
 60 Te teneam moriens deficiente manu. teneam
 Flebis et arsuro positum me, Delia, lecto,
 Tristibus et lacrimis oscula mixta dabis. feres
 Flebis: non tua sunt duro praecordia ferro
 Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.
 65 Illo non iuvenis poterit de funere quisquam defundere
 Lumina, non virgo, sicca referre domum. nec
 Tu Manes ne laede meos, sed parce solutis
 Crinibus et teneris, Delia, parce genis. perre
 Interea, dum fata sinunt. iungamus amores:
 70 Iam veniet tenebris Mors adoperta caput, mors adoperta pr. n.
 Iam subrepet iners aetas, neque amare decebit, surrepet
 Dicere nec cano blanditias capiti. cupite
 Nunc levis est tractanda Venus, dum frangere postes
 Non pudet et rixas inseruisse iuvat.
 75 Hic ego dux milesque bonus: vos, signa tubaeque,
 Ite procul, cupidis vulnera ferte viris.
 Ferte et opes: ego composito securus acervo
Despiciam dites despiciamque famem. inverso ordine Ha

1, 47. cum effuderit d. 48. imbre EP: igne ABC.
 levante ce, al. iuvante margo c. 49. iure] inire c, rure E Sca-
 ligero in castigationibus testante, non Heinsio, cui Scaligeri con-
 iectura visa est. 50. et caeli nubila ferre potest E. 51. po-
 tius pereatque vulgo. ex libro uno Statii. 54. hostiles C, vel
 hostiles A: exiles AB. 59. Te Bd: Et Ace. 60. Te Bd:
 Et Ace. 64. iuncta Bpd. 66. non] nec A. 68. Del a
 om d. 70. venerit ce. adoperte d. 71. iners] mors d.
 neque Ac: nec Bde. licebit de. 72. capiti ABd: capite
 Pce. 77. compositos d. 78. Despiciam dites BP: Dites de-
 spiciam AC.

*conquiritur quod ianua sit clausa et ad ianua[m] atq[ue].
amansiam multis utitur blanditiis Na*

*furores
percussurum*

2 Adde merum vinoque novos compesce dolores,
Occupet ut fessi lumina victa sopor:

Neu quisquam multo perfusum tempora Baccho
Excitet, infelix dum requiescit amor.

5 Nam posita est nostrae custodia saeva puellae,
Clauditur et dura ianua firma sera.

verberet

Ianua difficilis dominae, te verberet imber,
Te Iovis imperio fulmina missa petant.

*vini pr. m.
omnes pr. m.*

Ianua, iam pateas uni mihi, victa querelis,
10 Neu furtim verso cardine aperta sones.

Et mala siqua tibi dixit dementia nostra,
Ignoscas: capiti sint precor illa meo.

*(quam q̄)
quam*

Te meminisse decet, quae plurima voce peregi
Supplice, cum posti floridaserta darem.

15 Tu quoque ne timide custodes, Delia, falle.
Audendum est: fortes adiuvat ipsa Venus.

Illa favet, seu quis iuvenis nova limina tentat,
Seu reserat fixo dente puella fores:

deducere

Illa docet furtim molli decedere lecto,

20 Illa pedem nullo ponere posse sono,

Illa viro coram nutus conferre loquaces
Blandaque compositis abdere verba notis.

omnes

Nec docet hoc omnis, sed quos nec inertia tardat
Nec vetat obscura surgere nocte timor.

quam

En ego cum tenebris tota vagor anxius urbe,

Securum in tenebris me facit esse Venus.

25 Nec sinit occurrat quisquam, qui corpora ferro
Vulneret aut rapta praemia veste petat.

2, 3. percussurum Bde. 4. requiescet e. amor BC et rec
A: amans pr A et Regiensis, vel amans P. 6. fulta P.
7. dominae Ade: domini Bc. 10. soles d. 13. voce] al.
nocte margo B. 14. florea vulgo de coniectura Broukhusii.
17. temptat d. 18. falso B. 19. furti d. decedere ABC:
discedere e, distedere d. descendere vulgo de coniectura Dousae.
22. abdere BPC et corr e: addere Ad. modis c. 23. Haec e.
docet e et Regiensis: decet ABCd. En ego] hic versus vulgo
omittitur de sententia Scaligeri. Securum in tenebris me facit
esse Venus A et rec c, Ille deus certae dat mihi signa viae B,
Praesidio noctis sentio adesse deam C (hunc versum codex Dres-
densis ascribit Senecae). antiqui codices hoc versu vacabant, et
hic qui legitur [Securum] supposititius est, Aurispae, ut aiunt.
Pontanus sic reposuit, Usque meum custos ad latus haeret Amor P.
25. 26. om A. omissionis causa est in defectu pentametri super-
rioris: conf. 4, 1, 39. 40 AP.

- Quisquis amore tenetur, eat tutusque sacerque
 Qualibet: insidias non timuisse decet.
 Non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis,
 30 Non mihi, cum multa decidit imber aqua. *cum*
 Non labor hic laedit, reseret modo Delia postes
 Et vocet ad digiti me taciturna sonum.
 Parcite luminibus, seu vir seu femina fiat
 Obvia: celari vult sua furta Venus.
 35 Neu strepitu terrete pedum, neu quaerite nomen, *terete*
 Neu prope fulgenti lumina ferte face.
 Siquis et imprudens aspexerit, oculat ille
 Perque deos omnes se meminisse neget:
 Nam fuerit quicumque loquax, is sanguine natam,
 40 Is Venerem e rapido sentiet esse mari.
 Nec tamen huic credet coniunx tuus, ut mihi verax
 Pollicita est magico saga ministerio.
 Hanc ego de caelo ducentem sidera vidi,
 Fluminis haec rapidi carmine vertit iter, *ripia*
 45 Haec cantu finditque solum Manesque sepulcris
 Elicit et tepido devocat ossa rogo:
 Iam tenet infernas magico stridore catervas,
 Iam iubet aspersas lacte referre pedem.
Cum libet, haec tristi depellit nubila caelo:
 50 Cum libet, aestivo convocat orbe nives. *cum*
 Sola tenere malas Medae dicitur herbas,
 Sola feros Hecatae perdomuisse canes.
 Haec mihi composuit cantus, quis fallere posses:
 Ter cane, ter dictis despue carminibus.
 55 Ille nihil poterit de nobis credere cuiquam,
 Non sibi, si in molli viderit ipse toro.
 Tu tamen abstineas aliis: nam cetera cernet *notat*
 Omnia: de me uno sentiet ipse nihil. *inverso ordine*
 Quid credam? nempe haec eadem se dixit amores *non diffusa*
 60 Cantibus aut herbis solvere posse meos, *not in A?*
 Et me lustravit taedis, et nocte serena

2, 28. nec de. decet] iuvat P. 31. hinc laedit reserat d.
 32. addiciti d. 33. fiat ABC: fias de. 35. Heu de, Ne
 Bc. 36. Heu de. 40. e om c. rabido P. sentiat C.
 44. Fulminis de. 45. fuditque d et pr e. 46. trepido e.
 47. tenet ABde: ciet c. 49. 50. lubet e. 50. aestivas con-
 vocat ore nives P. 52. Hecatae vel. Hecate BC: Hecates A?
 Regiensis. 54. expue A, despue vel expue P. 55. qui-
 quam d. 58. ille c. 59. si c.

- Concidit ad magicos hostia pulla deos.
 Non ego totus abesset amor, sed mutuus esset,
 Orabam, nec te posse carere velim.
- 65 Ferreus ille fuit, qui, te cum posset habere, possit
 Maluerit praedas stultus et arma sequi.
 Ille licet Cilicum victas agat ante catervas, silium
 Ponat et in capto Martia castra solo,
 Totus et argento contextus, totus et auro,
- 70 Insideat celeri conspiciendus equo,
 Ipse boves mea si tecum modo Delia possim
 Iungere et in solito pascere monte pecus: *om. Ho*
 Et te dum liceat teneris retinere lacertis,
 Mollis et inculta sit mihi somnus humo.
- 75 Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo
 Prodest, cum fletu nox vigilanda venit?
 Nam neque tum plumae nec stragula picta soporem
 Nec sonitus placidae ducere possit aquae.
 Num Veneris magnae violavi numina verbo, magni
- 80 Et mea nunc poenas impia lingua luit?
 Num feror incestus sedes adiisse deorum adiisse
 Sertaque de sanctis deripuisse focis? ri
 Non ego, si merui, dubitem procumbere templis
 Et dare sacratis oscula liminibus,
- 85 Non ego tellurem genibus perrepere supplex
 Et miserum sancto tundere poste caput.
 At tu, qui laetus rides mala nostra, caveto
 Mox tibi: non unus saeviet usque deus. *vanus pr. m*
 Vidi ego, qui iuvenum miseros lusisset amores,
- 90 Post Veneris vinclis subdere colla senem
 Et sibi blanditias tremula componere voce
 Et manibus canas fingere velle comas;

2, 64. al. Optabam *margo c.* 68, rapto *d.* 69. totus con-
 tectus *B.* 71. mea] modo *B.* si *ABce*; sit *d.* sim *vulgo*
de coniectura Scaligeri. modo] mea *B.* possim *BCP*: pos-
 sum *A.* 72. in solo *vulgo de coniectura Scaligeri. v. 1, 1, 46,*
Virgil. Aen. 9, 214. 73. tenuisse *B.* 74. et] in *P.*
 77. tum *AC*; tunc *B.* nunc *P.* sopore *B.* 78. possit *c*: pos-
 set *ABde.* 80. nunc *Ade*; num *Bc.* 82. deripuisse *Itali: li-*
brī diripuisse vel dirripuisse. 85. pedibus *de. sed genibus mar-*
go e. prorepere *P.* 88. non unus *ABce*; ne vanus *d.*
Huschkius non vacuus, i. non vacans, non cessans, quo loquendi
genere Propertius solus utitur. 89. iuvenem *cd.* miseros iu-
 venum damnasset *Vincentius Bellov. sp. d. 5, 14,* lesisset *de.*

Stare nec ante fores puduit caraeve puellae
Ancillam medio detinuisse foro.

95 Hunc puer, hunc iuvenis turba circumterit arta,
Despuit in molles et sibi quisque sinus.

At mihi parce, Venus: semper tibi dedita servit
Mens mea: quid messes uris acerba tuas?

Ad miratam conqueritur quod apud sphaeratas egrotet laudat actum primam demum se ducondum ad dypios campos.

3 Ibitis Aegaeas sine me, Messala, per undas,
O utinam memores ipse cohorsque mei:

Me tenet ignotis aegrum Phaeacia terris: *sphaeria*

Abstineas avidas, Mors precor atra, manus. *modo nigra*

5 Abstineas, Mors atra, precor: non hic mihi mater

Quae legat in maestos ossa perusta sinus,

Non soror, Assyrios cineri quae dedat odores *a' syrios*

Et fleat effusis ante sepulcra comis,

Delia non usquam; quae me cum mitteret urbe, *quom*

10 Dicitur ante omnes consuluisse deos,

Illa sacras pueri sortes ter sustulit: illi *ille. m. m.*

Rettulit e triviis omina certa puer. *omnia m. m.*

Cuncta dabant reditus: tamen est deterrita nunquam, *quicquam m. m.*

Quin fleret nostras respiceretque vias.

15 Ipse ego solator, cum iam mandata dedissem,

Quaerebam tardas anxius usque moras.

Aut ego sum causatus aves aut omina dira, *dant*

Saturni aut sacram me tenuisse diem. *sacram*

O quotiens ingressus iter mihi tristia dixi

20 Offensum in porta signa dedisse pedem!

Audeat invito nequis discedere Amore, *ne quis*

Aut sciat egressum se prohibente deo.

Quid tua nunc Isis mihi, Delia, quid mihi prosunt

Illa tua totiens aera repulsa manu,

2, 95. circumstitit *d*, circumstetit *e*. 98. tuae *e*.

3, 4. precor atra *A* et *Regiensis*: modo nigra *Bd*, violenta *c*, violan-

da *e*. 7. honores et in margine odores *c*. 9. usquam est vulgo.

cum] vulgo quam de coniectura *Dousae*. 12. omnia *Acd*, 13. est]

haud *P*. numquam *Bc*: nusquam *Ad* et margo *c*, quicquam *e*,

vel quicquam *A*, frustra est *P*. 14. Quin primus *Aldus* 1502:

Cum libri. 17. aut *Scaliger*: libri dant. 18. aut *Regiensis*:

om *ABC*. 19. quotiens semper libri. iter om *d*. 21. ne

quis *Regiensis*: neu quis *ABC*. 24. aera vel sinistra *A*.

- 25 Quidve, pie dum sacra colis, pureque lavari
 Te (memini) et puro secubuisse toro? *succubuisse*
 Nunc, dea, nunc succurre mihi (nam posse mederi
 Picta docet templis multa tabella tuis), *succurre*
 Ut mea votivas persolvens Delia voces *precor*
 30 Ante sacras linō tecta fores sedeat *persolves*
 Bisque die resoluta comas tibi dicere laudes
 Insignis turba debeat in Pharia.
 At mihi contingat patrios celebrare Penates
 Reddereque antiquo menstrua tura Lari,
 35 Quam bene Saturno vivebant rege prius quam
 Tellus in longas est patefacta vias!
 Nondum caeruleas pinus contempserat undas,
 Effusum ventis praebueratque sinum, *ve*
 Nec vagus ignotis repetens compendia terris
 40 Presserat externa navita merce ratem.
 Illo non validus subiit iuga tempore taurus,
 Non domito fraenos ore momordit equus,
 Non domus ulla fores habuit, non fixus in agris,
 Qui regeret certis finibus arva, lapis.
 45 Ipsae mella dabant quercus, ultroque ferebant
 Obvia securis ubera lactis oves,
 Non acies, non ira fuit, non bella, nec ensem *enses*
 Inmiti saevus duxerat arte faber. *scaevus*
 Nunc Iove sub domino caedes et vulnera semper,
 50 Nunc mare, nunc leti mille repente viae. *reperit*
 Parce, pater. timidum non me periuria terrent,
 Non dicta in sanctos impia verba deos.
 Quod si fatales iam nunc explevimus annos,
 Fac lapis incriptis stet super ossa notis.
 55 'Hic iacet inmiti consumptus morte Tibullus,
 Messalam terra dum sequiturque mari.
 Sed me, quod facilis tenero sum semper Amori,
 Ipsa Venus campos ducet in Elysios. *ad*
 Hic choreae cantusque vigent, passimque vagantes

3, 25. dum] deumque B. 26. succubuisse Ad. 29. Ut
 B: Et AC. persolves d. 34. Reddere et B. mascula Bd.
 37. conspexerat B. 38. Effusum B. 47. nec] non d.
 ensem C et pr A: enses B et rec A. 49. et ABC: nunc
 Itali. 50. reperte d. 51. pater] precor d. me om d.
 54. inscriptis ABcd: inscriptus e. vulgo his scriptus de coniec-
 tura Fruterii. sit A. 55. amore de. 58. in BC: ad A.

- 60 Dulce sonant tenui gutture carmen aves, gutture
 Fert cassiam non culta seges, totosque per agros
 Floret odoratis terra benigna rosis:
 At iuvenum series teneris inmixta puellis
 Ludit, et assidue praelia miscet Amor.
- 65 Illic est, cuicumque rapax mors venit amanti,
 Et gerit insigni myrtea sarta coma.
 At scelerata iacet sedes in nocte profunda
 Abdita, quam circum flumina nigra sonant:
 Tisiphoneque impexa feros pro crinibus angues
- 70 Saevit, et huc illuc impia turba fugit: finisit.
Tunc niger in porta serpentum Cerberus ore Tum
 Stridet et aeratas excubat ante fores.
 Illic Iunonem tentare Ixionis ausi auri
 Versantur celeri noxia membra rota,
- 75 Porrectusque novem Tityus per iugera terrae
 Assiduas atro viscere pascit aves.
 Tantalus est illic, et circum stagna: sed acrem stagna
 Iam iam poturi deserit unda sitim:
 Et Danaï proles, Veneris quod numina laesit, quam (g) quae
- 80 In cava Lethaeas dolia portat aquas.
 Illic sit, quicumque meos violavit amores,
 Optavit lentas et mihi militias.
 At tu casta precor maneat, sanctique pudoris
 Assideat custos sedula semper anus.
- 85 Haec tibi fabellas referat positaque lucerna
 Deducat plena stamina longa colo, pleno
 Ac circa gravibus pensis affixa puella
 Paulatim somno fessa remittat opus.
 Tum veniam subito, nec quisquam nuntiet ante,
- 90 Sed videar caelo missus adesse tibi.
 Tunc mihi, qualis eris, longos turbata capillos,
 Obvia nudato, Delia, curre pede,

3, 61. Ferte cassiam d. totusque d. 63. At Ade: Hac
 Bc, Hic Itali. speties e. 67. Ac e, Hac c. 68. nigra]
 nocte de. 71. Tunc ABC. 73. temptare Bd. 75. Porrep-
 tusque d. Titios A, tycios B, Tityus C. 77. 78. post 80
 ponit d. 77. arcem d. 79. quod ABe: quae cd. 81—92. om d
 spatio relicto. 81. est pr e. 83. Casta precor coniunx ma-
 neas Vincentius Bell. sp. d. 4, 99. 6, 3. 84. Assiderat Vincen-
 tius 4, 99. 86. pleno B. 87. At A? 89. Tum e: Tunc
 ceteri. ne Ae. 91. Nunc B.

Hoc precor, hunc illum nobis Aurora nitentem
Luciferum roseis candida portet equis.

*Ad priapum de amoribus suorum et exant pecuniam
pro venis petentes. Rubior.*

- 4 Sic umbrosa tibi contingant tecta, Priape,
Ne capiti soles, ne noceantque nives:
Quae tua formosos cepit sollertia? certe
Non tibi barba nitet, non tibi culta coma est,
5 Nudus et hibernae producis frigora brumae,
Nudus et aestivi tempora sicca Canis.
Sic ego: tum Bacchi respondit rustica proles,
Armatus curva sic mihi falce deus.
'O fuge te tenerae puerorum credere turbae:
10 Nam causam iusti semper amoris habent.
Hic placet, angustis quod equum compescit habenis:
Hic placidam niveo pectore pellit aquam:
Hic, quia fortis adest audacia, cepit: at illi
Virgineus teneras stat pudor ante genas.
15 Sed ne te capiant, primo si forte negabit, ^{hanc} ~~feruset~~
Taedia: paulatim sub iuga collo dabit. colla
Longa dies homini docuit parere leones,
Longa dies molli saxa peredit aqua:
Annus in apricis maturat collibus uvas,
20 Annus agit certa lucida signa vice,
Nec iurare time: Veneris periuria venti
Irrita per terras et freta summa ferunt.
Gratia magna Iovi: vetuit pater ipse valere,
Iurasset cupide quicquid ineptus amor:
25 Perque suas impune sinit Dictynna sagittas ^{Dictynna}
Affirmes, crines perque Minerva suos.
At si tardus eris, errabis: transiet aetas.

93. Tunc A.

4, 1 Sic] hic e, vel hic P. 4. nitet nec C. 5. tempora
de, vel frigora margo e. 7. tum] tunc BC. respondet pri-
mus, ni fallor, Broukhusius. 8. sic ABPcd: sit e. 12. muto
et in margine niveo e. 13. Hic ABCP: Hunc Regiensis.
14. stet Regiensis. 15. ne te ABC: vulgo te ne ex libro
Sfortiae et duobus aliis eo peioribus. negarit vulgo de coniec-
tura Heinsii. 22. summa] longa A. 25. sinet ex Colbertino
Broukhusius. 27. transiet] Heinsius 'transiit v. c. F' hoc est
vetus codex apud Falcoburgium, qui sua sumpsit a Luca Fruterio.

- Quam cito non segnis stat remeatque dies!
 Quam cito purpureos deperdit terra colores,
 30 Quam cito formosas populus alba comas!
 Quam iacet, infirmae venere ubi fata senectae,
 Qui prior Eleo est carcere missus equus!
 Vidi iam iuvenem, premeret cum senior aetas,
 Maerentem stultos praeteriisse dies.
 35 Crudeles divi! serpens novus exiit annos: annis *pro. m.*
 Formae non ullam fata dedere moram.
 Solis aeterna est Phoebō Bacchoque iuventa: iuventu
 Nam decet intonsus crinis utrumque deum,
 Tu, puero quodcunque tuo tentare libebit, licebit
 40 Cedas: obsequio plurima vincit amor. Cedas
 Neu comes ire neges, quamvis via longa paretur
 Et Canis arenti torreat arva siti, aestiva
 Quamvis praetexens picea ferrugine caelum picta
 Venturam admittat imbrifer arcus aquam. imbrifer
 45 Vel si caeruleas puppi volet ire per undas,
 Ipse levem remo per freta pelle ratein.
 Nec te paeniteat duros subiisse labores
 Aut opera insuetas atteruisse manus,
Nec, velit insidiis altas si claudere valles, Heu
 50 Dum placeas, humeri retia ferrē negent.
 Si volet arma, levi tentabis ludere dextra:
 Saepe dabis nudum, vincat ut ille, latus. ferum
 Tunc tibi mitis erit, rapias tum cara licebit
 Oscula: pugnabit, sed tamen apta dabit.
 55 Rapta dabit primo, mox offeret ipse roganti, post
 Post etiam collo se implicuisse volet. velit

4, 28. senis B. remeatve vulgo de coniectura Heinsii, 30. al-
 ba corr d et Itali; alta ABde cum Regiensi, ante c. 33. ego
 post Vidi inter versus c. senior Bd, segnior vel seior margo d.
 36. ullam Ac; illam Bde. 37. Phoebō Bacchoque CP: Baccho
 Phoebōque AB. iuventa Bpd: iuventus Ace, iuventas corr e,
 38. intonsum B, intonsis c. 39. temptare B. licebit A.
 40. Cedas Bc. vincet AB. 42. torreat c. 43. picea
 d et Itali: picta ABce. 44. admittat Ade: amiciat Bc, annu-
 tet P. arcus d. 48. opera ABc (conf. Virgil. ge. 1, 277.
 2, 472): operi d, opere e. 50. humeri-negent BC; humeris-
 neges A? 53. tunc cara B? 55. fortasse Apta dabit, ne sit
 imperfecta repetitio, apta dabit, rapta dabit, similis illi 1, 3, 4.
 abstineas Mors modo nigra manus, abstineas Mors atra precor.
 mox Ac; post Bde. offeret P: afferet ABC, id est at feret.
 ille volenti de.

Heu male nunc artes miseras haec saecula tractant:

Iam tener assuevit munera velle puer.

Iam tu

At tua, qui Venerem docuisti vendere primus,

60 Quisquis es, infelix urgeat ossa lapis.

Pieridas, pueri, doctos et amate poetas,

Aurea nec superent munera Pieridas.

ne vivant 2

carmina . est om. K

Carmine purpurea est Nisi coma: carmina ni sint,

Ex humero Pelopis non nituisset ebur.

robore

65 Quem referent Musae, vivet, dum robora tellus,

amnis

Dum caelum stellas, dum vehet amnis aquas,

At qui non audit Musas, qui vendit amorem,

Adidae quis

Idaeae currus ille sequatur Opis

explicit urbes

Et tercentenas erroribus expleat urbis

sivet

70 Et secet ad Phrygios vilia membra modos.

Blanditiis vult esse locum Venus ipsa: querelis

Supplicibus, miseris fletibus illa favet.

flentibus

Haec mihi, quae canerem Titio, deus edidit ore:

Sed Titium coniunx haec meminisse vetat.

75 Pareat ille suae: vos me celebrate magistrum,

Quos male habet multa callidus arte puer.

spernuntur

Gloria cuique sua est: me, qui spernentur, amantes

Consultent: cunctis ianua nostra patet.

Tempus erit, cum me Veneris praecepta ferentem

quom

80 Deducat iuvenum sedula turba senem.

lento marathus

Heu heu quam Marathus lento me torquet amore!

Deficiunt artes, deficiuntque doli.

Parce, puer, quaeso, ne turpis fabula fiam,

Quom magisteria

Cum mea ridebunt vana magisteria.

*Sclia nec vino nocua venere potuerit meliori amor: et
dumum lenam et praecia deuocentes excoctus. Pa.*

dissidium

5 **A**sper eram et bene dissidium me ferre loquebar:

Art.

At mihi nunc longe gloria fortis abest.

- 4, 57. damnant de, tractant margo e. 59. At tibi P, Iam
tu ABce, Iam tua d. 60. Quisquis est d. 63. est om d.
Nisi] non ni B. 65. vivent B. 70. afrigios d. 71. mo-
dum de. lenus d. 72. fletibus Statius: flentibus libri.
73. tacio Bd. Titio P citans Horat. ep. 1, 3, 9. 10. 74. ta-
cium Bd. 75. Pereat d. 77. qui me B. 78. multis de.
79. canentem de. 80. Deducat c: Diducat AB, Seducat e, Se
ducat d. credula c. 81. He heu B. lento Marathus vulgo.
83. vel turbis A. 84. Quom me d.
5, 1. dissidium c: dissidium ABde. 2. sortis B.

- Namque agor, ut per plana citus sola verberare turben, turbo
 Quem celer assueta versat ab arte puer. tener
 5 Ure ferum et torque, libeat ne dicere quicquam ferum
 Magnificum post haec: horrida verba doma.
 Parce tamen, per te furtivi foedera lecti, parce
 Per Venerem quaeso compositumque caput.
 Ille ego, cum tristi morbo defessa iaceres,
 10 Te dicor votis eripuisse meis,
 Ipseque te circum lustravi sulfure puro,
 Carmine cum magico praecinuisset anus: quom
 Ipse procuravi ne possent saeva nocere saeva
 Somnia, ter sancta deveneranda mola:
 15 Ipse ego velatus filo tunicisque solutis
 Vota novem Triviae nocte silente dedi.
 Omnia persolvi: fruitur nunc alter amore,
 Et precibus felix utitur ille meis.
 At mihi felicem vitam, si salva fuisses, At
 20 Fingebam demens, sed renuente deo.
 Rura colam, frugumque aderit mea Delia custos,
 Area dum messes sole calente teret,
 Aut mihi servabit plenis in lintribus uvas
 Pressaque veloci candida musta pede,
 25 Consuescet numerare pecus, consuescet amantis consuescet
 Garrulus in dominae ludere verna sinu.
 Illa deo sciet agricolae pro vitibus uvam,
 Pro segete spicas, pro grege ferre dapem. cerere et Hs
 Illa regat cunctos, illi sint omnia curae:
 30 At iuuet in tota me nihil esse domo. Adiant
 Huc veniet Messala meus, cui dulcia poma
 Delia selectis detrahat arboribus:
 Et tantum venerata virum, hunc sedula curet, curat

5, 3. ago d. turben Charisius 1, p. 117: turbo libri.
 5. ne BCP: nec A. 6. post haec ABC: posthac de. 7. ta-
 men] puer et in margine tamen e. per te Pc: parce ABd et
 in litura e. 9. quom d. 11. Ipse d. te ABC: ter vulgo
 incerto auctore. 16. Voca B. Triviae de: creme B, circum
 Ac, veneri Regiensis. 24. condita c, pinguis margo e.
 27. Ille A. vitibus vel fructibus A. 28. et ante spicas add
 ABce, om d, deleuit P. sipicas d. 30. At iuuet Itali: Adiant J. audeat
 vet libri. vulgo Et iuuet incerto auctore. 31. cui] quo d. in t. Adiant
 32. detrahat AC: detrahet B. 33. sedula] 'assecula. ita legi- ~~te~~ domina
 Pontanus, i. ancilla' P. inmo assecula, quomodo recte scriptum esse domo
 est in exemplari Perreiano.

Huic paret atque epulas ipsa ministra gerat.

eurusq.

35 Haec mihi fingebam, quae nunc Eurusque Notusque
Iactat odoratos vota per Armenios.

Saepe ego tentavi curas depellere vino:

At dolor in lacrimas verterat omne merum.

Saepe aliam tenui: sed iam cum gaudia adirem,

ord. inv. H.

merkunda

40 Admonuit dominae deseruitque Venus.

Tunc me discedens devotum femina dixit,

Et pudet et narrat scire nefanda mea.

Non facit hoc verbis, facie tenerisque lacertis

Devovet et flavis nostra puella comis.

flavris

Quae Quabis

45 Talis ad Haemonium Nereis / Pelea quondam

Vecta est fraenato caerulea pisce Thetis.

Haec nocuere mihi, quod adest huic dives amator:

Venit in exitium callida lena meum.

Sanguineas edat illa dapes atque ore cruento

50 Tristia cum multo pocula felle bibat:

Hanc volitent animae circum sua fata querentes

Semper, et e tectis strix violenta canat:

Ipsa fama stimulante furens herbasque sepulcris

Quaerat et a saevis ossa relicta lupis,

fame

saevis

umbras

55 Currat et inguinibus nudis ululetque per urbes,

Post agat e triviis aspera turba canum.

Eveniet: dat signa deus: sunt numina amanti,

Saevit et iniusta lege relicta Venus.

Eveniet

in iusta

At tu quam primum sagae praecepta rapacis

60 Desere: nam donis vincitur omnis amor.

Pauper erit praesto tibi praesto, pauper adibit

Primus et in tenero fixus erit latere,

adibit

Pauper in angusto fidus comes agmine turbae

Subiicietque manus efficietque viam,

65 Pauper ad occultos furtim deducet amicos

Vinclaque de niveo detrahet ipse pede.

5, 34. illa de. 38. verteret e. 39. quom d. 40. destituitque de. 41. discedens devotum ABC: devotum descendens Regiensis. 42. et] vulgo heu de coniectura Scaligeri. meam viri docti, recte, puto. 43. haec de. niveisque de. 45. quae ante Pelea add ABC, delevit P. 48. Venit messitium d. 51. facta d. 52. e] in A. 56. -e] et d. 57. Eveniet] Et venient B, Eveniet Ace, Et veniet d. amantum e. 59. sagae] verge d. 60. omnis amans e, amans omnes d. 61. tibi praesto] semper te E. 62. et in duro limine fixus erit E. 65. deducet ABC: deducit Regiensis. 66. detrahet ABC: detrahit Regiensis. ille B.

- Heu canimus frustra, nec verbis victa patescit vincta
 Ianua, sed plena est percutienda manu.
- At tu, qui potior nunc es, mea fata timeto: vincis-furta
- 70 Versatur celeri Fors levis orbe rotae.
 Non frustra quidam iam nunc in limine perstat
 Sedulus ac crebro prospicit ac refugit, cito H6. et. H6
 Et simulat transire domum, mox deinde recurrit
 Solus et ante ipsas excreat usque fores.
- 75 Nescio quid furtivus amor parat. utere quaeso,
 Dum licet: in liquida nat tibi linter aqua.
*Conqueritur ad amorem quod dolia amet et vinum admoret
 quod tibi non credat, et laudet delicia matrem Pfl.*
- 6 Semper, ut inducar, blandos offers mihi vultus,
 Post tamen es misero tristis et asper, Amor.
 Quid tibi saevitiae mecum est? an gloria magna est saevitiae
 Insidias homini composuisse deum? composuisse magis
- 5 Nam mihi tenduntur casses: iam Delia furtim ma
 Nescio quem tacita callida nocte foveat.
 Illa quidem tam multa negat, sed credere durum est:
 Sic etiam de me pernegat usque viro.
 Ipse miser docui, quo posset ludere pacto
- 10 Custodes: heu heu nunc premor arte mea.
 Fingere tunc didicit causas, ut sola cubaret, nunc quis
 Cardine tum tacito vertere posse fores:
 Tum succos herbasque dedi, quis livor abiret, sucor
 Quem facit impresso mutua dente Venus.
- 15 At tu, fallacis coniunx incaute puellae,
 Me quoque servato, peccet ut illa nihil.
 Neu iuvenes celebret multo sermone, caveto, in. v. ord. H6

5, 67. fatiscit *vulgo* ex libro *Sfortiae et Thuaneo*. 69. nunc
 es] *vinces e.* me *d.* fata *Muretus: furta libri.* timeto
 vel caveto *A.* 70. sors *de.* rotae] *cito E.* 72. aut crebro
A. 74. exereat *Ad,* excubat *e.* usque *Regiensis: ipse ABC.*
 76. nat *A:* nam *BC.*

6, 1. inducas et in *marginem* inducar *c.* 2. est *d.* 3. sae-
 ve puer *vulgo: ita 'alii' Mureto teste.* est mecum *B.* est in
sine versus om primus Aldus 1515. 4. hominum *d.* 5. Nam
ABC: Iam vulgo. 7. est *om d.* 8. quod neget illa *c ex*
Ovidio trist. 2, 448. 10. heu *semel B.* 11. tunc *B: nunc AC:*
ut ABC et margo o: qua de. vulgo cur inde ab Ald. 1502, ni
fallor. 12. tum *de: tunc AB, nunc c.* 13. Tum *Pde:*
Tunc ABC. 16. nihil] minus *Itali ex Ovidio trist. 2, 458.*
 17. Non et in *marginem* Neu *e.*

- Neve cubet laxo pectus aperta sinu,
 Neu te decipiat nutu, digitoque liquorem
 20 Ne trahat et mensae ducat in orbe notas.
 Exhibit quam saepe, time, seu visere dicet *visere H*
 Sacra Bonae maribus non adeunda deae.
 At mihi si credas, illam sequar unus ad aras:
 Tunc mihi non oculis sit timuisse meis.
 25 Saepe, velut gemmas eius signumque probarem,
 Per causam memini me teligisse manum:
 Saepe merò somnum peperit tibi, at ipse bibebam *ast*
 Sobria supposita pocula victor aqua.
 Non ego te laesi prudens: ignosce fatenti.
 30 Iussit Amor: contra quis ferat arma deos?
 Ille ego sum, nec me iam dicere vera pudebit,
 Instabat tota cui tua nocte canis.
 Quid tenera tibi coniuge opus? tua si bona nescis
 Servare, frustra clavis inest foribus.
 35 Te tenet, absentes alios suspirat amores
 Et simulat subito condoluisse caput. *subito fingit*
 At mihi servandam credas: non saeva recuso
 Verbera, detracto non ego vincla pedum. *detracto*
 Tum procul absitis, quisquis colit arte capillos, *Tunc colit*
 40 Effluit effuso cui toga laxa sinu: *Et fluit*
 Quisquis et occurret, ne possit crimen habere,
 Stet procul, aut alia stet procul ante via.
 Sic fieri iubet ipse deus, sic magna sacerdos
 Est mihi divino vaticinata sono.
 45 Haec ubi Bellonae motu est agitata, nec acrem
 Flamman, non amens verba torta timet: *non et amans*
 Ipsa bipenne suos caedit violenta lacertos *libere*
 Sanguineque effuso spargit inulta deam,

6, 18. laxo *corr e*: lasso *ABce*, lassa *d.* 21. seu] *i.* quam-
 vis] *P.* 23. aram *c.* 25. signumve *vulgo ex uno Eboracensi.*
 31. iam] nunc *de.* 32. quoi *d.* 33. si] sit *d.*
 34. Servare frustra *ABPcd*: Frustra servare *e*, Servare ah
 frustra *Regiensis.* 37. recuso *om d.* 38. detracto *B et Re-*
giensis: ceteri detracto. 39. Tum *de: ceteri Tunc.* colis
vulgo de coniectura Guyeti. 40. Et fluit *de.* 41. posset *de.*
 crimen posset *Regiensis.* 42. aut] atque *P.* 45. Haec
 tibi *e.* mota *B.* 46. non *AP*: non et *Bde*, nec *P*, nec et *c.*
 amens *ACP*: amans *B et corr e.* 47. violenta *APde*: vio-
 lata *Bc.* 48. Sanguine et *B.*

- Statque latus praefixa veru, stat saucia pectus,
 80 Et canit eventus, quos dea magna monet.
 'Parcite, quam custodit Amor, violare puellam,
 Ne pigeat magno post didicisse malo.
 Attigerit, labentur opes, ut vulnere nostro *Attigerit, labentur*
 Sanguis, ut hic ventis diripiturque cinis.'
- 65 Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, poenas:
 Si tamen admittas, sit precor illa levis.
 Non ego te propter parco tibi, sed tua mater *parcor*
 Me movet atque iras aurea vincit anus.
 Haec mihi te adducit tenebris multoque timore *adhuc molloque*
- 80 Coniungit nostras clam taciturna manus,
 Haec foribusque manet noctu me affixa proculque
 Cognoscit strepitus me veniente pedum.
 Vive diu mihi, dulcis anus: proprios ego tecum,
 Sit modo fas, annos contribuisse velim. *Sed*
- 65 Te semper natamque tuam te propter amabo:
 Quicquid agit, sanguis est tamen illa tuus.
 Sit modo casta, doce, quamvis non vitta ligatos
 Impediat crines nec stola longa pedes.
 Et mihi sint durae leges, laudare nec ullam
- 70 Possim ego, quin oculos appetat illa meos, *apetat*
 Et siquid peccasse putet, ducarque capillis *putem*
 Inmerito pronas proripiarque vias. *proprias - manus*
 Non ego te pulsare velim, sed, venerit iste)
 Si furor, optarim non habuisse manus: *non dicitur legitur in Ald.*
- 75 *Nec saevo sis casta metu, sed mente fideli: Non saevo*
 Mutuus absenti te mihi servet amor.
 At, quae fida fuit nulli, post victa senecta *Atque*
 Ducit inops tremula stamina torta manu *longa*
 Firmaque conductis adnectit licia telis
- 80 Tractaque de niveo vellere ducta putat.

6, 50. invitus *A.* movet *de.* 52. Nec *A.* 53. Attige-
 rit] *ita colit v.* 39. Attigeris *Itali.* 54. vento *c.* 56. lenis *d.*
 58. monet *de.* 59. Haec me deducit *B et Regiensis.*
 64. Sit mihi *de.* 66. agit *ABde:* agat *c.* meus *B.* 69. sint
BCP: sunt *A.* 70. Possim *P:* Possum *ABC.* 71. putet *P:*
 putat *ABC,* putor *de,* puter *Itali.* ducarque *Pe:* ducorque
ABcd. 72. pronas *P:* proprias *ABC.* proripiarque *Pe:*
 proripiarque *ABcd.* 75. Nec libri et Vincentius Bellov. *sp. d.*
 4, 99: Ne *idem G, 3.* sed] *si d.* 77. Ast *Ac.* 78. Ducat
c, Ducat *e.* stamina certa *d.* 80. ducta putat] *fila parat P.*
ita Ald. 1502.

Hanc animo gaudente vident iuvenumque catervae
 Commemorant merito tōt mala ferre senem, talia
 Hanc Venus ex alto flentem sublimis Olympo
 Spectat et infidis quam sit acerba monet.

35 Haec aliis maledicta cadant: nos, Delia, amoris
 Exemplum cana simus uterque coma.

*Gratulatio de victoria messalae contra aquitanos
 Rubrica*

7 Hunc cecinere diem Parcae fatalia nentes
 Stamina non ulli dissoluenda deo;
 Hunc fore, Aquitanas posset qui fundere gentes, *equitanos*
 Quem tremeret forti milite victus Atax. *arax fundere*
 8 Evenerē: novos pubes Romana triumphos
 Vidit et evinctos brachia capta duces: *evictos*
 At te victrices lauros, Messala, gerentem
 Portabat niveis currus eburnus equis. *nitidis*
 Non sine me est tibi partus honos: Tarbella Pyrene
 10 Testis et Oceani litora Santonici, *tua bella santhonici*
 Testis Arar Rhodanusque celer magnusque Garumna,
 Carnoti et flavi caerulea lympha Liger.
An te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis *At*
 Caeruleus placidis per vada serpis aquis,
 11 Quantus et aethereo contingens vertice nubes *aethereo*
 Frigidus intonsos Taurus arat Cilicas?
 Quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes
 Alba Palaestino sancta columba Syro,
 Utque maris vastum prospectet turribus aequor
 20 Prima ratem ventis credere docta Tyros,
 Qualis et, arentes cum findit Sirius agros, *syrius*

- 6, 82. senes d. 84. infelix rec A. quam P et pr A?
 quod BC et rec A. 86. simus Bc et pr A: stemus d et rec A.
 7. Genethliacon Messalae P. 1. Hanc B. parte d. 2. non
 nulli d. 3. Nunc cd. Equitanas Ac, quitanas B. spar-
 gere c. 4. Atax vel Arabs A. 5. Et venere d. 6. evictos
 Ac, invictos B. 8. Portabit d. niveis de: nitidis ABC.
 9. honor Bde. Tarbella Scaliger: tua bella libri.
 10. Sanctonici ABd. 11. arax c, atax d, arax e, erit vel Arar A.
 garumna d. 12. Carnuti Scaliger. 13. An P: At ceteri.
 tacitus d. 14. Caeruleis placidus vulgo de coni. Statii.
 15. et] ab de, et margo e. aethereo Bcd. cingens d.
 16. alat vulgo de coni. Italorum. 20. recta c. 21. quum fundit e.

Fertilis aestiva Nilus abundet aqua?
 Nile pater, quamam possim te dicere causa
 Aut quibus in terris oculuisse caput?
 25 Te propter nullos tellus tua postulat imbres,
 Arida nec Pluvio supplicat herba Iovi.
 Te canit atque suum pubes miratur Osirim
 Barbara, Memphiten plangere docta bovem. *m*
 Primus aratra manu sollerti fecit Osiris
 30 Et teneram ferro sollicitavit humum,
 Primus inexpertae commisit semina terrae *gramina*
 Pomaque non notis legit ab arboribus.
 Hic docuit teneram palis adiungere vitem, *ors. iuv. Hc*
 Hic viridem dura caedere falce comam:
 35 Illi iucundos primum matura sapes
 Expressa incultis uva dedit pedibus.
 Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
 Movit et ad certos nescia membra modos,
 Bacchus et agricolae magno confecta labore
 40 Pectora tristitiae dissoluenda dedit.
 Bacchus et afflictis requiem mortalibus affert,
 Crura licet dura compede pulsa sonent. *cuspide*
 Non tibi sunt tristes curae nec luctus, Osiri,
 Sed chorus et cantus et levis aptus amor,
 45 Sed varii flores et frons redimita corymbis,
 Fusa sed ad teneros lutea palla pedes
 Et Tyriae vestes et dulcis tibia cantu
 Et levis occultis conscia cista sacris.
 Huc ades et centum ludos Geniumque choreis
 50 Concelebra et multo tempora funde mero:
 Illius et nitido stillent unguenta capillo, *stident*
 Et capite et collo mollia sarta gerat.
 Sic venias hodiernae: tibi dem turis honores,

7. 22. abundat C, abundet corr e. 23. quo nam c. pos-
 sim AB: possum C. 27. Osirin A? 28. Memphitem libri.
 30. teneram] cinerem schol. Iuvenal. 8, 29. 35. iocundos Bd.
 sopores Ade. 40. tristitia P. dabit c. 41. afflictus d.
 offert B. 42. compede APde: cuspide Bc, vel cuspide A.
 pulsa AB: pressa P, vel victa A, vineta e, iuncta d, multa c.
 43. sint de. nec AC: non B. osiris c, osiri d. 44. ap-
 tus] actus C. 45. variis de. 46. sed] quoque Regiensis.
 lucea d. 29. ludis rec A. 50. et om d. 51. et ABd: e
 ce cum Regiensis. 53. vel hodierna P. dem BC: dum A? et
 Regiensis.

Liba et Mopsopio dulcia melle feram.

45 At tibi succrescat proles, quae facta parentis fata
Augeat et circa stet veneranda senem.

q̄ intra

(Nec taceat monumenta viae, quem Tuscula tellus) om. H.
Candidaque antiquo detinet Alba Lare.

Namque opibus congesta tuis hic glarea dura

60 Sternitur, hic apta iungitur arte silex.

Te canit agricola, e magna cum venerit urbe canet. g. om. H.

Serus inoffensum rettuleritque pedem. inoffensum

At tu, Natalis multos celebrande per annos,

Candidior semper candidiorque veni.

*Conqueritur de phloe dilecta a maratho exhortatur
eam ad concubitum cum puero Na.*

2
natus

8 Non ego celari possum, quid nutus amantis celare actum
Quidve ferant miti lenia verba sono.

Nec mihi sunt sortes nec conscia fibra deorum,

Praecinit eventus nec mihi cantus avis:

4 Ipsa Venus magico religatum brachia nodo

Perdocuit multis non sine verberibus.

Desine dissimulare: deus crudelius urit,

Quos videt invitos succubuisse sibi.

Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos

disposuisse

19 Saepeque mutatas disposuisse comas,

comas

Quid succo splendente genas ornare, quid ungues

Artificis docta subsecuisse manu?

*(Hic inserti versus
mihi proxime d. 9 in
57-58.)*

Frustra iam vestes, frustra mutantur amictus,

Ansaque compressos colligit arcta pedes.

7, 54. messapio e, mesapio c, mossopia B, mesopia d.
melle Pe: mella ABd. 55. succrescat A?B. proles] virtus c.

56. venerata C. 57. Ne Bd et margo e, Haec e. quem
Regiensis: quam A, quae BC. 58. Candida quem vulgo de
coniectura Broukhusii. 60. acta c. 61. canet vulgo ex Va-
ticano Statii. e c? om ABde cum Regiensi.

8, 1. celari A? cum Regiensi: celare BC. possim primus
Scaliger forte dedit. in aliis sic legitur, Non ego celarim,
possit quid nutus amantis' P. sic Ald. 1502. amoris CP.

2. ferat B. lenia AC. 6. Praedocuit A. vulneribus C.

9. prodest molles caluisse Vincentius Bellov. sp. d. 5, 14.

10. Saepe d, Saepe et Vincentius. 11. succo E: succo c, fuco
ABde. genas Itali: comas libri. ornasse Itali, onerasse
vulgo de conjectura Scaligeri. 12. doctos d. 13. nam d.

14. arcta B: arte AC. aliter Arctaque constrictos cogit aluta
pedes' P. sic Ald. 1502.

- 13 Illa placet, quamvis inculto venerit ore
 Nec nitidum tarda compserit arte caput.
 Num te carminibus, num te pallentibus herbis
 Devovit tacito tempore noctis anus?
 Cantus vicinis fruges traducit ab agris, *frugem*
 20 Cantus et iratae detinet anguis iter,
 Cantus et e curru Lunam deducere tentat,
 Et faceret, si non aera repulsa sonent.
 Quid queror heu misero caumen nocuisse, quid herbas?
 Forma nihil magicis utitur auxiliis:
 25 Sed corpus tetigisse nocet, sed longa dedisse
 Oscula, sed femori conseruisse femur.
 Nec tu difficilis puero tamen esse memento
 (Persequitur poenis tristia facta Venus),
 Munera nec poscas: det munera canus amator,
 30 Ut foveas molli frigida membra sinu. *foveat*
 Carior est auro iuvenis, cui levia fulgent
 Ora nec amplexus aspera barba terit.
 Huic tu candentes humero suppone lacertos,
 Et regum magnae despiciantur opes.
 35 At Venus invenit puero succumbere furtim, *concumbere*
 Dum timet et teneros conserit usque sinus,
 Et dare anhelanti pignantibus humida linguis
 Oscula et in collo figere dente notas.
 Non lapis hanc gemmaeque iuvant, quae frigore sola
 40 Dormiat et nulli sit cupienda viro.
 Heu sero revocatur amor seroque iuventa,
Cum vetus infecit cana senecta caput. *Quom.*
 Tum studium formae est: coma tum mutatur, ut annos

8, 15. Illa libri: Ipsa vulgo iam inde ab edit. maiore 1472.
 17. pallentibus AC: palentibus B. pollentibus vulgo incerto
 auctore. 19. deducit de. 20. citat Charisius 1, p. 70.
 21. e] est d. e caelo deducere lumina tentat rec A. temp-
 tat d. 23. querar C. 28. Prosequitur corr c cum Regiensi.
 29. nec C: ne AB. 30. foveas A: foveat BC. 31. levia]
 mollia C, 'aliter mollia' P. 32. aspera] aliter hispida P.
 34. despirantur d. 35. inveniet vulgo de coniectura Scaligeri.
 succumbere C: concumhere AB. 36. tumet vulgo de coniec-
 tura Scaligeri. 37. anhelantim Regiensi. 38. fingere A.
 39. iuvent vulgo de coniectura Scaligeri. 40. capienda de.
 41. iuventa AB: iuventus C, iuventas Regiensi. 42. Quom c.
 43. Nunc E et Vincentius Bellov. sp. d. 5, 14. forma B.
 est ABC et Vincentius: vulgo omissum libro Sfortiae auctors.
 tum A: tunc BC, nunc E et Vincentius, vel cum P. in an-
 nos Vincentius.

Dissimulet viridi cortice tincta nucis:

45 Tollere tum cura est albos a stirpe capillos
Et faciem dempta pelle referre novam.

At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,
Uttere: non tardo labitur illa pede.

Neu Marathum torque: puero quae gloria victor st?

50 In veteres esto dura, puella, senes.

Parce precor tenero: non illi sonica causa est,
Sed nimius luto corpora tingit amor.

Vel miser absentis maestas quam saepe querelas
Coniicit et lacrimis omnia plena madent!

55 'Quid me spernis?' ait. 'poterat custodia vinci;
Ipse dedit cupidis fallere posse deus.

Nota Venus furtiva mihi est, ut lenis agatur

Spiritus, ut nec dent oscula rapta sonum:

Et possum media quamvis obrepere nocte

60 Et strepitu nullo clam reserare fores.

Quid prosunt artes, miserum si spernit amantem
Et fugit ex ipso saeva puella toro?

Vel cum promittit, subito sed perfida fallit,
Est mihi nox multis evigilanda malis.

65 Dum mihi venturam fingo, quodcumque movetur,
Illius credo tunc sonuisse pedem.

Desistas lacrimare, puer: non frangitur illa,
Et tua iam fletu lumina fessa tument.

Oderunt, Pholoe, mondo, fastidia divi,

70 Nec prodest sanctis tura dedisse focis.

Hic Marathus quondam miseros ludebat amantes,
Nescius ultorem post caput esse deum:

Saepe etiam lacrimis fertur risisse dolentis

- 8, 44. Dissimules d. iuncta Vincentius. 45. tum C:
tunc AB, nunc Regiensis et Vincentius. e stirpe Vincentius
Kobergeri 1486. 47. primum d. 49. Neu Scaliger:
Seu ABC, Heu Regiensis, aliter Seu P. torque A: torques BC.
est Broukhusius omisit primus. 51. prequor d. sontica rec
A cum Regiensis: sentica C, sentita B, rustica pr A. 52. luto Ita-
li: luteo libri. corpore d et pr e. 53. Ut de. 'aliter Veh'
P. ita Muretus, Itali Vae. maestas] miseras de. 55. Cur ce,
Quar d. spernit vulgo ex libris nonnullis Statii. 56. cupi-
das d. 57. levis e, vel levis. P. 58. ut ne A. 59. possum
ABCP: possim Regiensis. 61. possunt C. 63. quom cd.
se d. 64. malis] aliter modis P. sic Itali et Aldus.
66. pedem C: pedes AB ut 1, 6, 62. 71. miseras c. 73. la-
crimis AP: lacrimas BC.

om. A

sonica
luteo

conicit

sonnum

quom

pedes
desistat

marathus

fertur lacrimas

Et cupidum ficta detinuisse mora:

75 Nunc omnis odit fastus, nunc displicet illi
Quaecunque opposita est ianua dura sera.
At te poena manet, ni desinis esse superba.
Quam cupies votis hunc revocare diem!

*Selecti pueri fidem pretio corruptam consequitur multa
devovent in eum Ha.*

9 Quid mihi, si fueras miseris laesurus amores,
Foedera per divos, clam violanda, dabas?

Ah miser, etsi quis primo periuria celat, *Ha*
Sera, tamen tacitis Poena venit pedibus.

8 Parcite, caelestes: aequum est impune licere
Numina formosis laedere vestra semel. *formos*

Lucra petens habili tauros adiungit aratro

Et durum terrae rusticus urget opus,

Lucra petituras freta per parentia ventis

20 Ducunt instabiles sidera certa rates:

Muneribus meus est captus puer. at deus illa

In cinerem et liquidas munera vertat aquas.

Iam mihi persolvat poenas, pulvisque decorem

Detrahet et ventis horrida facta coma,

15 Uretur facies, urentur sole capilli,

Deteret invalidos et via longa pedes.

Admonui quotiens auro ne pollue formam:

Saepe solent auro multa subesse mala.

Divitiis captus siquis violavit amorem,

20 Asperaque est illi difficilisque Venus.

Ure meum potius flamma caput et pete ferro

Corpus et intorto verberare terga seca. *seca*

Nec tibi celandi spes sit peccare paranti: *Hec Ha. paranti*

Est deus, occultos qui vetat esse dolos.

8, 75. nec d. 76. apposita vulgo ex libro Sfortias.

77. nisi c. 78. remeare c.

9, 1. miseris P et libri praeter Vicetina, in qua est teneros.
amantes P. 3. An vel Ah miseret si schol. Stat. Theb. 5,
689. Ha miser est si A. 9. petituras ABCe: perituros vel peti-
turas P. petiture asper fraeta parentia d. 10. Ducant A.

11. ac deus c. 13. vel persolves P. ita Ald. 1502. 14. De-
teret margo d. 16. Detrahet et in margine teret e. 19. O
viciis B. 23. Ne Vincentius Bellov. sp. d. 5, 35. celandi

pes E et Vincentius: celanti fas ABC. 24. Est E et Vincen-
tius: Sit ABC. vetat BE et Vincentius: vetet AC.

- 25 Ipse deus tacito permisit lenae ministro,
Ederet ut multo libera verba mero:
Ipse deus somno domitos emittere vocem
Iussit et invitos facta tegenda loqui.
Haec ego dicebam: nunc me flevisse loquentem,
30 Nunc pudet ad teneros procubuisse pedes.
Tunc mihi iurabas nullius divitis auri
Pondere, non gemmis, vendere velle fidem,
Non tibi si pretium Campania terra daretur, re
Non tibi si Bacchi cura Falernus ager,
35 Illis eriperes verbis mihi sidera caeli
Lucere et puras fulminis esse vias.
Quin etiam flebas: at non ego fallere doctus
Tergebam humentes credulus usque genas.
Quid faciam, nisi et ipse fores in amore puellae?
40 Sed precor exemplo sit levis illa tuo.
O quotiens, verbis ne quisquam conscius esset,
Ipse comes multa lumina nocte tuli!
Saepe insperanti venit tibi munere nostro
Et latuit clausas post adopena fores.
45 Tum miser interii, stulte confisus amari:
Nam poteram ad laqueos cautior esse tuos.
Quin etiam attonita laudes tibi mente canebam,
Et me nunc nostri Pieridumque pudet.
Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma
50 Torreat et liquida deleat amnis aqua.
Tu procul hinc absis, cui formam vendere cura est
Et pretium plena grande referre manu.
At te, qui puerum donis corrumpere es ausus,
Rideat assiduis uxor inulta dolis,
55 Et cum furtivo iuvenem lassaverit usu,

est
humentes crudelis
facere
sit red

inspiranti
clausor

Hanc Sicilia
leguntur esse
tim y or
v. 36

liquida

quom

9, 25. lenae *Bd et margo e: leva Ace, saepe; quod non placet* P. saepe Itali, lena vulgo ex uno Statii. possis legere nonne.
28. immites *ce*, invitos *margo e*. 29. nec me *d*. 31. Tunc *ABC*, vel Tunc *P*; Tu *de*. nullius *A*: nullo tibi *BC*, vel nullo tibi *A*, nullo te *primus Aldus 1502*. 35. eriperet *B*. caelo vulgo ex Vaticano Statii. 36. fulminis *de*; fluminis *ABC*, vel fluminis *P*. 39. faciam *APce*: faceres *Bd*. 40. Sed *AC*; Sit *B*. sit *AC*; sic *B*. 44. Et *P*: Sed *ABC*. 45. amori *A*. 48. Et *BC*: Ut *A*? At vulgo incerto auctore. 51. Sit procul a nobis formam cui *E et Vincentius Bellov. sp. d. 4, 163. 5, 99*. curae est *A*? cura omisso est Vincentius Kobergeri 5 (6), 99. ubi Duacenses scripserunt qui vendere curat. 52. *g. de cd*. 53. te] tu *C*, vel tu *P*. 55. lassaverit *C*.

- Tecum interposita languida veste cubet,
Semper sint externa tuo vestigia lecto,
Et pateat cupidis semper aperta domus;
Nec lasciva soror dicatur plura bibisse *Et*
60 Pocula vel plures emeruisse viros.
Illam saepe ferunt convivium ducere Baccho,
Dum rota Luciferi provocet orta diem:
Illa nulla queat melius consumere noctem *queat nullam*
Aut operum varias disposuisse vices,
65 At tua perdidicit: nec tu, stultissime, sentis,
Cum tibi non solita corpus ab arte movet. *Quom*
Tunc putas illam pro te disponere crines
Aut tenues denso pectere dente comas?
Ista haec persuadet facies, auroque lacertos
70 Vinciat et Tyrio prodeat apta sinu.
Non tibi, sed iuveni cuidam vult bella videri,
Devoveat pro quo remque domumque tuam.
Nec facit hoc vitio, sed corpora foeda podagra
Et senis amplexus culta puella fugit.
75 Huic tamen accubuit noster puer: hunc ego credam *Huic. hor*
Cum trucibus Venerem iungere posse feris.
Blanditiasne meas aliis tu vendere es ausus, *alii*
Tunc aliis demens oscula ferre mea? *alii*
Tunc flebis, cum me vinctum puer alter habebit *quom te*
80 Et geret in regno regna superba tuo.
At tua tum me poena iuвет, Venerique merenti *dum poena me*
Fixa notet casus aurea palma meos. *merenti*
'Hanc tibi fallaci resolutus amore Tibullus *fallaci*
Dedicat et grata sis, dea, mente rogat.
Scribitur bella laudant primam actorem et primum
Publium.
- 10 Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?
Quam ferus et vere ferreus ille fuit!

9, 60. vel BCP: quam A. 64. Atque P. 66. Quom d.
trahit e, thait d, movet margo e. 67. putes P. crines]
corpus B. 68. pectine nocte c. 69. Illa haec P, Istam (an
Istam haec?) B. 71. quidam d. 73. Non CP. 75. Hunc
Bc. hunc ergo e. 77. alii B. 79. victum A. 80. ge-
rat d. regno ABCP: gremio Regiensis. suo d et pr e,
81. tum me A?; dum me Bde, me dum c. veneri ipsa corr e.
83. fallacis d.

10. Quis fuit, hoc est principium secundi libri in codicibus
vetustioribus, et est de amore Nemesis. Elegia prima P, a quo
dissentit praeter ceteros Vincentius Bellovacensis, qui primos
duos versus libro primo ascribit sp. d. 4, 137.

Tum caedes hominum generi, tum praelia nata,
Tum breyior dirae mortis aperta via est.

8 An nihil ille miser meruit? nos ad mala nostra
Vertimus, in saevas quod dedit ille feras.

Divitis hoc vitium est auri, nec bella fuerunt,

Faginus astabat cum scyphus ante dapes.

Non arces, non vallus erat, somnumque petebat

10 Securus varias dux gregis inter oves.

Tunc mihi vita foret, vulgi nec tristia nossem
Arma nec audissem corde micante tubam:

Nunc ad bella trahor, et iam quis forsitan hostis
Haesura in nostro tela gerit latere.

15 Sed patrii servate Lares: aluistis et idem,
Cursarem vestros cum tener ante pedes.

Neu pudeat prisco vos esse e stipite factos:

Sic veteris sedes incoluistis avi.

Tunc melius tenere fidem, cum paupere cultu

20 Stabat in exigua ligneus aede deus.

Hic placatus erat, seu quis libaverat uvam

Seu dederat sanctae spicea sarta comae:

Atque aliquis voti compos liba ipse ferebat

Postque comes purum filia parva favum.

25 At nobis aerata, Lares, depellite tela,

Hostiaque e plena mystica porcus hara.

Hanc pura cum veste sequar myrtoque canistra

Vincta geram, myrto vinctus et ipse caput.

Sic placeam vobis: alius sit fortis in armis,

30 Sternat et adversos Marte favente duces,

10, 3. Tum C: Tunc AB. tum ABC: tunc *Regiensis*.

4. Tum BC: Tunc A. 5. Forsan et ille nihil meruit E.

An ABPce: At d. 8. quom c, dum A? 11. noscem B.

12. tremente C. 13. et nunc quis e, et nc quis d. 15. Dii

vel Sed A. 17. e Bc; ex A, a de. 18. veteris Itali; veteres

libri. sedes] vel aedes P. 19. quom d. 21. libatus de,

placatus margo e. libaverat vel portaverat A. uva B.

23. ipse A?; ipsa ABC. 25. 26. At nobis aerata. *Pontanus in*

hunc locum interuiciebat hos versus. A nobis aerata, Lares, depel-

lite tela, Heu [Neu vel Non Itali] petat hostili missa sagitta ma-

nu, Heu [Neu Itali] gladio celer instet eques, prosit mihi et aris

Quaeque tuli supplex munera quaeque feram. Ture pio caleantque

foci pinguisque trahatur Hostia de plena mystica porcus hara P.

26. Hostiaque e ABC: Hostia erit P. mystica A et *Regien-*

sis: rustica Bce, rusticas d. 27. Hanc] al. Hunc P. ita Ald.

1502. 30. aduerso B.

Ha 1.2.3

sraevas

non

Faginus stabat quom

petebat

v. l. vulgi et nec

telit

quom

Heu

veteres

rustica

Ut mihi potanti possit sua dicere facta
 Miles et in mensa pingere castra mero.
 Quis furor est atram bellis arcessere mortem?
 Imminet et tacito clam venit illa pede.
 35 Non seges est infra, non vinea culta, sed audax
 Cerberus et Stygiae navita puppis aquae:
 Illic percussisque genis ustoque capillo
 Errat ad obscuros pallida turba lacus.
 Quam potius laudandus hic est, quem prole parata
 40 Occupat in parva pigra senecta casa!
 Ipse suas sectatur oves, at filius agnos,
 Et calidam fesso comparat uxor aquam.
 Sic ego sim, liceatque caput candescere canis,
 Temporis et prisci facta referre senem.
 45 Interea Pax arva colat. Pax candida primum
 Duxit araturos sub iuga panda boves, *curva M*
 Pax aluit vites et succos condidit uvae,
 Funderet ut nato testa paterna merum:
 Pace bidens vomerque vigent, at tristia duri
 50 Militis in tenebris occupat arma situs,
 Rusticus e lucoque vehit, male sobrius ipse, *lucoque ipso*
 Uxorem plaustro progeniemque domum.
 Sed Veneris tunc bella calent, scissosque capillos *tum*
 Femina perfractas conqueriturque fores:
 55 Flet teneras subtusa genas, sed victor et ipse
 Flet sibi dementes tam valuisse manus.
 At lascivus Amor rixae mala verba ministrat, *risae*
 Inter et iratum lentus utrumque sedet.
 Ah lapis est ferrumque, suam quicumque puellam *Aa*
 60 Verberat: e caelo deripit ille deos,

10, 32. immensa B. 33. arcessere P et Vincentius Bellov.
 sp. d. 4, 78: arcescere A et margo e, accersere Bc, accrescere de.
 34. dum et in margine clam e. 56. puppis vel pupis ABC;
 turpis Itali. 37. Illic] vel hic P. percussisque] Heinsius
 percissisque VA] tamquam ex E: at Scaliger liber scriptus per-
 cissisque [percissisque ed. 1600], quomodo Cuiacianum recen-
 tiorem appellare solet. 39. Quin pacius B, hic est ABC et
 Vincentius sp. d. 4 (5), 78: enim est P. 40. Oculit Vincentius
 Kobergeri 1486. 41. at de: ac B, ut Ac. 43. sum c, sit d.
 45. colit e. 46. aratores P. panda B; curva AC.
 49. Parce d. Pace (ce rec in litura) nitens vomer viderit B.
 nitet E. ac C. 51. et d. lutoque B, e luto, ac spuman-
 ti de musto P. ipse] vel ipse A: ipso ABC. 52. domus P.
 53. cadent d. 60. deripit Itali: libri diripit vel dirripit.

Mac

Sit satis e membris tenuem percindere vestem,
 Sit satis ornatus dissoluisse comae,
 Sit lacrimas movisse satis: quater ille beatus
 Quo tenera irato flere puella potest.
 63 Sed manibus qui saevus erit, scutumque sudemque
 Is gerat et miti sit procul a Venere.
 At nobis, Pax alma, veni spicamque teneto,
 Perfluat et pomis candidus ante sinus.

10, 61. rescindere *vulgo de coniectura Heinsii*. 62. orna-
 tus BC; ornatas A. comae BC; comas A. 64. Quoi *vulgo*
de coniectura Dousae. 65. quae d. scriptumque sudemque d.
 68. Prefluat B, Profluat P.

A L B I I T I B U L L I

Incipit secun-
Dus Liber de agrorum
stantiis et venere in-
locanda Rpa.

L I B E R S E C U N D U S.

- 1 Quisquis adest, valeat: fruges lustramus et agros,
Ritus ut a prisco traditus extat avo.
Bacche, veni, dulcisque tuis e cornibus uva
Pendeat, et spicis tempora cinge, Ceres.
- 5 Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
Et grave suspenso vomere cesset opus.
Solvite vincla iugis: nunc ad praesepia debent
Plena coronato stare boves capite.
Omnia sint operata deo: non audeat ulla
- 10 Lanificam pensis imposuisse manum.
Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris,
Cui tulit hesterni gaudia nocte Venus.
Casta placent superis: pura cum veste venite
Et manibus puris sumite fontis aquam.
- 15 Cernite, fulgentes ut eat sacer agnus ad aras
Vinctaque post olea candida turba comas.
Dii patrii, purgamus agros, purgamus agrestes:
Vos mala de nostris pellite limitibus,
Neu seges eludat messem fallacibus herbis,
- 20 Neu timeat celeres tardior agnā lupos.
Tum nitidus plenis confisus rusticus agris
Ingeret ardenti grandia ligna foco,
Turbaque vernarum, saturi bona signa coloni,
Ludet et ex virgis extruet ante casas.

II, 1. Sacrum ambarvale P. 1. valeat] faveat Scaliger. vulgo
Quisquis ades faveas de coniectura Dousae. 2. ut aprico d.
4. tempore d. 8. coronato vertice stare boves E et Vincentius Bellov. sp. d. 4, 35. 9. sunt Bde et Vincentius. 11. discedat AB et corr e cum Vincentio sp. d. 4, 34. 35. 161: discedite ed, vel discedite P, discedere e. 12. Cui ABce et Vincentius: Qui d, Quis Itali. externa AB. 18. vestris B. 20. signior C.
21. Tum P; Tunc ceteri. plenus d. 22. Ingeret B: Ingerat AC. 23. saturi Regiensis: satyri A, satiri C, sacri B.
24. ante BC: arte A et corr e.

25 Eventura precor: viden ut felicibus extis
 Significet placidos nuntia fibra deos?
 Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos
 Consulis et Chio solvite vincla cado.
 Vina diem celebrent: non festa luce madere
 30 Est rubor, errantes et male ferre pedes.
 Sed 'bene Messalam' sua quisque ad pocula dicat,
 Nomen et absentis singula verba sonent,
 Gentis Aquitanae ceber Messala triumphis
 Et magna intonsis gloria victor avis,
 35 Huc ades aspira que mihi, dum carmine nostro
 Redditur agricolis gratia caelitibus.
 Rura cano rurisque deos. his vita magistris
 Desuevit querna pellere glande famem:
 Illi compositis primum docuere tigillis
 40 Exiguam viridi fronde operire domum,
 Illi etiam tauros primi docuisse feruntur
 Servitium et plaustro supposuisse rotam.
 Tunc victus abiere feri, tunc consita pomus,
 Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas,
 45 Aurea tunc pressos pedibus dedit uva liquores
 Mixtaque securo est sobria lympha mero.
 Rura ferunt messes, calidi cum sideris aestu
 Deponit flavas annua terra comas.
 Rure levis verno flores apis ingerit alveo,
 50 Compleat ut dulci sedula melle favos.
 Agricola assiduo primum satiatus aratro
 Cantavit certo rustica verba pede
 Et satur arenti primum est modulatus avena
 Carmen, ut ornatos diceret ante deos,

1, 25. prequor *d.* vides *B.* rudem *c.* extis] herbis *C.*
 27. formosos *A.* phalernos *P.* 29. non] nec *Vincentius*
Bellov. sp. d. 4, 35. 158. altero loco *Duacenses dederunt non.*
 30. Est om *Vincentius Kobergeri* 4 (5), 158. 31. ducat *d.*
 33. aquitanae *Regiensis*: equitanae *ABC.* 34. avis *Scaliger*:
ades libri. victor *ades gloria d.* 38. Destituat *P.* quernam *d.*
 39. primi *c.* 40. domum] casam *P et Regiensis.* 41. primi
ABC: primum *P.* ferentur *d.* 45. Antea *Bce.* nunc *Re-*
giensis. 46. securo *B.* est om *Vincentius sp. d.* 4, 97. *habet*
 4, 158. 48. annua vel aurea *A.* 49. ingerit] ingerat *ABCP.*
 alvo *B.* 50. et *B.* 51. satiatus, *i. defessus* *P.* 54. or-
 natus *A.* diceret *P*: duceret *ABC.*

- 55 Agricola et minio suffusus, Bacche, rubenti
 Primus inexperta duxit ab arte choros.
 Huic datus a pleno, memorabile munus, ovili
 Dux pecoris hircus auxerat hircus oves.
 Rure puer verno primum de flore coronam
 60 Fecit et antiquis imposuit Laribus.
 Rure etiam teneris curam exhibitura puellis
 Molle gerit tergo lucida vellus ovis.
 Hinc et femineus labor est, hinc pensa colusque,
 Fusus et apposito pollice versat opus:
 65 Atque aliqua assiduae textrix operata Minervae
 Cantat, et applauso tela sonat latere.
 Ipse interque greges interque armenta Cupido
 Natus et indomitas dicitur inter equas.
 Illic indocto primum se exercuit arcu:
 70 Hei mihi, quam doctas nunc habet ille manus!
 Nec pecudes, velut ante, petit: fixisse puellas
 Gestit et audaces perdomuisse viros.
 Hic iuveni detraxit opes, hic dicere iussit
 Limen ad iratae verba pudenda senem:
 75 Hoc duce custodes furtim transgressa iacentes
 Ad iuvenem tenebris sola puella venit
 Et pedibus praetentat iter suspensa timore,
 Explorat caecas cui manus ante vias.
 Ah miseri, quos hic graviter deus urget! at ille
 80 Felix, cui placidus leniter afflat Amor.
 Sancte, veni dapibus festis, sed pone sagittas
 Et procul ardentes hinc precor abde faces.
 Vos celebrem cantate deum pecorique vocate
 Voce: palam pecori, clam sibi quisque vocet.
 85 Aut etiam sibi quisque palam: nam turba iocosa
 Obstrepit et Phrygio tibia curva sono.

1, 55. e minio *d*, est nimio *e*. 56. ab urbe *P*. thoros *B*.
 58. auxerat *AB* et corr *e*: hauxerat *cd*, hauserat *pr e*. vulgo
 duxerat *de* coniectura *Mureti*. opes *Wassenberghius*.
 59. prior *cd*. primum *d*. de rure *de*. 61. exhibitura *d* et
pr e. 63. femineis *d* et *pr e*. 65. textis vulgo *de* coniectura
Fruterii. Minervae *Itali*: minervam *libri*. 66. et om *d*.
 aliter applauso *P* cum *Regiensi*: appulso *ABC*. vel pectine
 tela sonat *A*. 67. interque greges *P*: quoque inter agros *ABC*.
 71. veluti *d*. 72. Gaudet *c*. 73. iuvenis *A*. opus *B* et
pr e. 78. quoi *d*. 80. qui *d*. efflat *c*. 82. precor *ABC*:
 procul *pr B*. 83. diem *d*.

Ludite: iam Nox iungit equos, currumque sequuntur
 Matris lascivo sidera fulva choro,
 Postque venit tacitus fulvis circumdatus alis
 90 Somnus et incerto Somnia nigra pede.

2 Dicamus bona verba: venit Natalis ad aras:
 Quisquis ades, lingua, vir mulierque, fave.
 Urantur pia tura focis, urantur odores,
 Quos tener e terra divite mittit Arabs.
 3 Ipse suos Genius adsit visurus honores,
 Cui decorent sanctas mollia sarta comas.
 Illius puro destillent tempora nardo,
 Atque satur libo sit madeatque mero,
 Annuat et, Cerinthe, tibi, quodcunque rogabis.
 10 En age, quid cessas? annuit ille: roga.
 Auguror, uxoris fidos optabis amores:
 Iam reor hoc ipsos edidicisse deos.
 Nec tibi malueris, totum quaecunque per orbem
 Fortis arat valido rusticus arva bove,
 15 Nec tibi, gemmarum quicquid felicibus Indis
 Nascitur, Eoi qua maris unda rubet.
 Vota cadunt. utinam strepitantibus advolet alis
 Flavaque coniugio vincula portet Amor,
 Vincula, quae maneant semper, dum tarda senectus
 20 Inducat rugas inficiatque comas.
 Hic veniat Natalis avis prolemque ministret,
 Ludat et ante tuos turba novella pedes.

1, 87. nam C. 88. choro *Regiensis*: toro vel thoro ABC.
 89. tacitis Bcd et pr e. fuscis Itali, furvis Heinsius et, qui
 Pontani solet inventa sequi, Guelferbytanus secundus. 90. in-
 certos d. nigra ABCP: vel vana A.
 2, 4. e Bce: et d, a A. 5. adsit Genius Pde. missurus c.
 6. decorant A. mollia AB: florea c, aliter florea P.
 7. Illius e puro e. pura Bd. distillent libri. 8. sit tran-
 seatque c. 9. cherinte Pe, vel cherinte A, chorinte c, cornute
 ABd et margo e. 10. adnuet vulgo secundum excerpta Lipsii.
 conf. venit 1, cadunt 17. 13. malluerit B. quicumque c et
 pr e, quocunque d. 15. felicius e. Indis Itali: libri undis.
 17. cadant e. utinam] vulgo viden't ut de coniectura Guyeti
 et Heinsii. trepidantibus vulgo de coniectura Italarum.
 19. Vincula quae (vel que) et BC. moneant e. 21. Hic Bde:
 Huc Ac, Haec P. Hac vulgo de coniectura Heinsii. veniat
 BCP: veniet Pd. venias vulgo de coniectura Heinsii. avis
 3, 260, 6. ministres vulgo de coniectura Heinsii. conf. anthol. Lat.
 et d, Laudat et c, Et ludat B. 22. Ludit

- 3 Rura meam, Cerinthe, tenent villaeque puellam:
 Ferreus est, heu heu, quisquis in urbe manet.
 Ipsa Venus latos iam nunc migravit in agros,
 Verbaque aratoris rustica discit Amor.
- 5 O ego, cum aspicerem dominam, quam fortiter illie
 Versarem valido pingue bidente solum
 Agricolaeque modo curvum sectarer aratrum,
 Dum subigunt steriles arva serenda boves!
 Nec quererer, quod sol graciles exureret artus,
 10 Laederet et teneras pustula rupta manus.
 Pavit et Admeti tauros formosus Apollo,
 Nec cithara intonsae profueruntve comae,
 Nec potuit curas sanare salubribus herbis:
 Quicquid erat medicae vicerat artis amor.
 Ipse deus solitus stabulis expellere vaccas
 Et miscere novo docuisse coagula lacte,
 Lacteus et mixtus obriguisset liquor.
- 15 Tum fiscella levi detexta est vimine iunci,
 Raraque per nexus est via facta sero.
 O quotiens illo vitulum gestante per agros
 Dicitur occurrens erubuisse soror!
 O quotiens ausae, caneret dum valle sub alta,

3, 1. Rure *d.* Rura tenent Cornute (*aliter* Cherinte)
 meam *P.* chorinte *c.*, corinthe *e.*, cornute *ABd et margo e.*
 2. heu heu *ABde*: heu *c.*, eheu *vulgo.* 3. lactos *vulgo esse*
libris veteribus Mureti. 4. araturis *e.* 5. quum *c.*
 dominam adspicerem *vulgo incerto auctore.* 9. quod *om d.*
 10. et] *vulgo aut inde ab Ald. 1515, itaque Itali.* 11. ar-
 menti *Be.* 12. praefueruntve *c.*, profuerintve *d.*, praefuerintve
pr c. Ipse deus, Et miscere, Lacteus] *hi versus vulgo omit-*
tuntur de sententia Scaligeri. tabulis *d.* Et potum fessas
(aliter pastas P) ducere fluminibus *A.* huic Muretus in vetere li-
 bro ascriptum legit versus Aurispae. Et potum pastas. *hic ver-*
sus supposititius est: vacant enim hoc loco veteres codices, nec
quae sequuntur satis cohaerent [Perreius addit et apparet plu-
res desiderari versus]. Pontanus hunc locum hiis supplevit ver-
sibus. Ipse deus solitus stabulis expellere vaccas In nemora et
pastas inde referre domum, Ipse et spumanti fertur mulctralia
succo Implesse expressis primus ab abetibus [ceteri Itali uberi-
bus] Et miscere novo P. vel (sic A: Seneca supplevit B) Credi-
tur ad mulctram (mulctram B) constituisse prius ABC. Lac-
teus et] Quo fertur margo e et Itali. mixtus] aliter mustis P.
fortasse mixtu subriguisse. 15. Tum c: Tunc estori. texta
est de Ae. 17. 19. Ah P.

- 20 Rumpere mugitu carmina docta boves!
 Saepe duces trepidis petiere oracula rebus,
 Venit et a templis irrita turba domum:
 Saepe horrere sacros doluit Latona capillos,
 Quos admirata est ipsa noverca prius.
- 25 Quisquis inornatumque caput crinesque solutos
 Aspiceret, Phoebi quaereret ille comam.
 Delos ubi nunc, Phoebe, tua est, ubi Delphica Pytho?
 Nempe amor in parva te iubet esse casa.
 Felices olim, Veneri cum fertur aperte
- 30 Servire aeternos non puduisse deos.
 Fabula nunc ille est: sed cui sua cura puella est,
 Fabula sit mavult quam sine amore deus.
 At tu, quisquis is es, cui tristi fronte Cupido
 Imperat ut nostra sint tua castra domo,
- 35 Ferrea non Venerem, sed praedam, saecula laudant:
 Praeda tamen multis est operata malis.
 Praeda feras acies cinxit discordibus armis:
 Hinc cruor, hinc caedes mors propiorque venit.
 Praeda vago iussit geminare pericula ponto,
- 40 Bellica cum dubiis rostra dedit ratibus.
 Praedator cupit immensos obsidere campos,
 Ut multa innunera iugera pascat ove;
 Cui lapis externus curae est, urbisque tumultus
 Portatur validis mille columna iugis,
- 45 Claudit et indomitum moles mare, lentus ut intra
 Negligat hibernas piscis adesse minas.

3, 22. a] ad *d.* vulgo e auctore incerto. 23. horrore *c* et *pr e.*
 27. nunc] num *e.* phito *BC*, phiton *A.* 28. patria *e.*
 29. quom *c.* 33. est *Bc.* tristi cui *e*, tristiqui *d.*
 34. Imperitat vulgo incerto auctore. 35. Venerem] pacem *E.*
 37. cingit *A?* finxit *c* et *pr e.* crudelibus *C.* 38. cruor
ABPd: furor *ce.* morsque propinqua *E.* 39. campo *ce*,
 ponto margo *e.* 40. Cum tribuit dubiae bellica rostra rati *E.*
 Dellica *d.* manibus *ce*, ratibus margo *e.* 41. coepit *d* et
pr e. obsidere *Regiensis* et, nisi fallor, *E*: obsistere *ABC.*
 42. Et *Bc.* multa *BCE*: multo *A* et corr *e.* innumera *BEcd*:
 innumeram *A*, innumeras *e.* iugera *BCE*: iugere *A* et corr *e.*
 ove *BEcd*: ovem *A*, oves *e.* 43. Qui *d.* aeternus *C*, exter-
 nus corr *e.* urbisque *ABC*: urbique *P.* tumultu corr *e.*
 44. mille] multa *c.*

At tibi laeta trahant Samiae convivia testae
 Fictaque Cumana, lubrica terra rota.
 Heu heu divitibus video gaudere puellas:
 50 Iam veniant praedae, si Venus optat opes;
 Ut mea luxuria Nemesis fluat utque per urbem
 Incedat donis conspicienda meis.
 Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa
 Texuit, auratas disposuitque vias:
 55 Illi sint comites fuscii, quos India torret,
 Solis et admotis inficit ignis equis:
 Illi selectos certent praebere colores
 Africa puniceum purpureumque Tyros.

Nota loquor: regnum ipse tenet, quem saepe coegit
 60 Barbara gypsatos ferre catasta pedes.
 At tibi dura seges, Nemesim qui abducis ab urbe,
 Persolvat nulla semina certa fide.
 Et tu, Bacche tener, iucundae consitor uvae,
 Tu quoque devotos, Bacche, relinque lacus.
 65 Haud impune licet formosas tristibus agris
 Abdere: non tanti sunt tua musta, pater.
 O valeant fruges, ne sint modo rure puellae:
 Glans alat, et prisco more bibantur aquae.
 Glans aluit veteres, et passim semper amarunt:
 70 Quid nocuit sulcos non habuisse satos?
 Tum, quibus aspirabat Amor, praebat aperte
 Mitis in umbrosa gaudia valle Venus.
 Nullus erat custos, nulla exclusura dolentes
 Ianua: si fas est, mos precor ille redi.

75

3, 47. mihi *E*. laete *e*. 51. orbem *A*. 52. conspiciun-
 da *e*, inspitiunda *d*. 53. Ille *A*. gerat *Aldus* 1502: gerit
 libri. choa *ABde*, coha *c*. 55. sunt *A*. 57. cernent *c*.
 58. puniceos *cd et pr e*. 59. ipsa *de*. iste *Heynius*. quem
 vel quae *A*: quae *BC*, aliter qui *P*. 60. gypsatos vel luxatos
A, bissatos *ce*. carastra *e*. 61. seges] vulgo Ceres de con-
 iectura *Heinsii*. Nemesin *Huschkius hic et 2, 5, 111. 6, 27.*
 contra libros nostros. qui *ABde*: quae *c?* et *Itali*, ab *Aldo*
 inde vulgo lectum. abducit *B*. 62. Resolvat *A*. certa *P*:
 terra ceteri. 63. iocundae *Bd*. 64. phebe *de*, bacche *margo e*.
 67. valeat *B*. 71. Tunc *BC*. 75. Detur ut accedam domi-
 nae pro velle loquarque *A*. vel (*sic A*: Seneca supplevit *B*) Ah
 (Vah *c*) pereant artes et mollia rura (iura *C*) colendi *ABC*. Ah
 C 2

Horrida villosa corpora veste tegant.
 Nunc si clausa mea est, si copia rara videndi,
 Heu miserum, laxam quid iuvat esse togam?
 Ducite: ad imperium dominae sulcabinus agros:
 20 Non ego me vinclis verberibusque nego.

4 Hic mihi servitium video dominamque paratam:
 Iam mihi, libertas illa paterna, vale.
 Servitium sed triste datur, teneorque catenis,
 Et nunquam misero vincla remittit Amor,
 * Et seu quid merui seu quid peccavimus, urit.
 Uror io: remove, saeva puella, faces.
 O ego ne possim tales sentire dolores,
 Quam mallet in gelidis montibus esse lapis,
 Stare vel insanis cautes obnoxia ventis,
 10 Naufraga quam vasti tunderet unda maris!
 Nunc et amara dies et noctis amarior umbra est:
 Omnia nam tristi tempora felle madent.
 Nec prosunt elegi nec carminis auctor Apollo:
 Illa cava pretium flagitat usque manu.
 15 Ite procul, Musae, si non prodestis amanti:
 Non ego vos, ut sint bella canenda, colo,
 Nec refero solisque vias et qualis, ubi orbem
 Complevit, versis Luna recurrit equis.
 Ad dominam faciles aditus per carmina quaero:
 20 Ite procul, Musae, si nihil ista valent.
 At mihi per caedem et facinus sunt dona paranda,

pereant artes. in codice impresso Puccii [hoc est in Regiensi] erat hic versiculus, Mos precor ille redi, patientur rursus ut olim, quem tamen ille ait in vetustioribus codicibus desiderari, atque a Pontano repositum fuisse O valeant cultus et tinctae murice lanae P. 76. tegat de, tegam rec margo e, legam B? 77. Huc e. vivendi c. 78. laxam AB et corr e:

lassam c, lapsam de. iuuet A. 80. negem e.
 4, 1. Hic] Sic ABcd, .ic e. dominamve de. 2. paterve B. veni rec A. 4. remittit c: remittet ABPde. 5. uror rec A. 7. possem de, possum c. 9. cautex ce. 10. vitrei B.

12. nam ABC: nunc Vincentius Bellov. sp. d. 4, 138. vulgo iam de coniectura Itolorum. tempore d et pr e. 15. non] vulgo nil ex Florentino Statii. 17. et qualis Regiensi: aequalis BC, nec qualis AP. ubi Bde: ut APc. urbem c, 18. recurrat vulgo ex libris interpolatis.

Ne iaceam clausam flebilis ante domum :
 Aut rapiam suspensa sacris insignia fanis :
 Sed Venus ante alios est violanda mihi.
 25 Illa malum facinus suadet dominamque rapacem
 Dat mihi : sacrilegas sentiat illa manus.
 O pereat, quicumque legit viridesque smaragdos
 Et niveam Tyrio murice tingit ovem.
 Hic dat avaritiae causas et Coa puellis
 30 Vestis et e rubro lucida concha mari.
 Haec fecere malas : hinc clavim ianua sensit
 Et coepit custos liminis esse canis.
 Sed, pretium si grande feras, custodia victa est,
 Nec prohibent claves, et canis ipse tacet.
 35 Heu quicumque dedit formam caelestis avarae,
 Quale bonum multis attulit ille malis !
 Hinc fletus rixaeque sonant, haec denique causa
 Fecit ut infamis hic deus esset Amor.
 At tibi, quae pretio victos excludis amantes,
 40 Eripiant partas ventus et ignis opes :
 Quin tua tum iuvenes spectent incendia laeti,
 Nec quisquam flammae sedulus addat aquam.
 Seu veniet tibi mors, nec erit qui lugeat ullus,
 Nec qui det maestas munus in exequias.
 45 At bona quae nec avara fuit, centum licet annos
 Vixerit, ardentem flebitur ante rogam :
 Atque aliquis senior veteres veneratus amores
 Annua constructoserta dabit tumulo
 Et 'bene' discedens dicet 'placideque quiescas,
 50 Terraque securae sit super ossa levis.'
 Vera quidem moneo, sed prosunt quid mihi vera ?
 Illius est nobis lege colendus Amor.

4, 23. sacris] focis C. fanis] donis A, sacris C. 24. alias
 pr B. 28. avem c. 29. Praebet avaritiae causas pretiosa po-
 tentum Vincentius Bellov. sp. d. 4, 102. 145. causam de-
 choa ABC. 30. e ABC et Vincentius: vulgo a incerto auc-
 tore. 31. clavim Charisius 1, p. 101: clavem libri. 33. vic-
 ta] ceca B. 36. addidit vel abdidit Itali. ille P: ipse ABC.
 37. sanant c. hinc d. 39. pretio om d. 40. Diripiant
 primus Broukhusius ex libris nullius auctoritatis. vel partes P.
 41. tum c: tunc ceteri. 42. Neu P. 43. veniet AB: veniat
 CP. neque primus Muretus. 44. incestas d. obsequias B.
 48. dabat d. 49. valideque C, placideque marginos de.
 50. super asira c. 51. quid prosunt C.

Quin etiam sedes iubeat si vendere avitas,
 Ite sub imperium sub titulumque, Lares.
 55 Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni,
 Quicquid et herbarum Thessala terra gerit,
 Et quod, ubi indomitis gregibus Venus afflat amores,
 Hippomanes cupidae stillat ab inguine equae,
 Si modo me placido videat Nemesis mea vultu,
 60 Mille alias herbas misceat illa, bibam.

5 **P**hoebe, fave: novus ingreditur tua templa sacerdos:
 Huc age cum cithara carminibusque veni.
 Nunc te vocales impellere pollice chordas,
 Nunc precor ad laudes flectere verba meas.
 5 Ipse triumphali devinctus tempora lauro,
 Dum cumulant aras, ad tua sacra veni.
 Sed nitidus pulcherque veni: nunc indue vestem
 Sepositam, longas nunc bene pecte comas,
 Qualem te memorant Saturno rege fugato
 10 Victori laudes concinuisse Iovi.
 Tu procul eventura vides, tibi deditus augur
 Scit bene quid fati provida cantet avis,
 Tuque regis sortes, per te praesentit aruspex,
 Lubrica signavit cum deus exta notis;
 15 Te duce Romanos nunquam frustrata Sibylla
 Abdita quae senis fata canit pedibus!
 Phoebe, sacras Messalinum sine tangere chartas
 Vatis, et ipse precor quod canat illa doce.
 Haec dedit Aeneae sortes, postquam ille parentem
 20 Dicitur et raptos sustinuisse Lares,
 Nec fore credebat Romam, cum maestus ab alto
 Ilion ardentem respiceretque deos.
 (Romulus aeternae nondum firmaverat urbis
 Moenia, consorti non habitanda Remo,

4, 55. curae e. 56. dedit *Regiensis*, vel gerit *P*, vel dedit *A*.
 5, 2. cithera *B*. 4. Nunc puer e. verba] plectra *P*.
 meas] tuas *B*. puta mea. 9. te referunt *C*. 11. deditus
Ac et corr e; debitus *Bde*. 15. Sibylla est vulgo inde ab *Ald*.
 1515, 17. sine dicere e. 18. quod] quos *C*, quid *A*? certo
Muretus. 20. raptos *A*; captos *BC*. 21. al. Haec *P*.
 23. firmaverat *B*, vel firmaverat *P*; formaverat *C*, fundaverat *A*.

- 25 Sed tunc pascabant herbosa Palatia vaccae
 Et stabant humiles in Iovis arce casae.
 Lacte madens illic suberat Pan ilicis umbrae
 Et facta agresti lignea falce Pales,
 Pendebatque vagi pastoris in arbore votum,
 30 Garrula silvestri fistula sacra deo,
 Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo:
 Nam calamus cera iungitur usque minor.
 At qua Velabri regio patet, ire solebat
 Exiguus pulsa per vada linter aqua.
 35 Illa saepe gregis ditis placitura magistro
 Ad iuvenem festa est vecta puella die,
 Cum qua secundi redierunt munera ruris,
 Caseus et niveae candidus agnus ovis.)
 Impiger Aenea, volitantis frater Amoris,
 40 Troica qui profugis sacra vehis ratibus,
 Iam tibi Laurentes assignat Iuppiter agros,
 Iam vocat errantes hospita terra Lares.
 Illic sanctus eris, cum te veneranda Numici
 Unda deum caelo miserit Indigetem.
 45 Ecce super fessas volitat Victoria puppes,
 Tandem ad Trojanos diva superba venit.
 Ecce mihi lucent Rutulis incendia castris:
 Iam tibi praedico, barbare Turne, necem.
 Ante oculos Laurens castrum murusque Lavini est
 50 Albaque ab Ascanio condita longa duce.
 Te quoque iam video, Marti placitura sacerdos
 Ilia, Vestales deseruisse focos,
 Concubitusque tuos furtim vittasque iacentes
 Et cupidi ad ripas arma relicta dei.
 55 Carpite nunc, tauri, de septem montibus herbas,
 Dum licet: hic magnae iam locus urbis erit.
 Roma, tuum nomen terris fatale regendis,

5, 27. umbra *A.* 31. qui *d.* 32. Et *P.* 34. pulsa *Ita-*
li: libri pulla. 35. Illaque *B.* diti *Muretus.* 39. una
 elegia cum superiore coniungitur *P.* alii Itali eadem elegia, sed
 fragmentum. Perrejus vacat hic vetus codex, multi faciunt prin-
 cipium alterius elegiae. nostri *ABC* novam hinc ordiuntur sive
 elegiam sive, quo nomine multi librarii per totum volumen usi
 sunt, epistolam. 40. Troica *ABC:* Troia vulgo, profugus
 et in margine *gis e.* 47. rutilis *Be.* 49. castris *BP.* mu-
 risque Latini est *P.*

Qua sua de caelo prospicit arva Ceres,
 Quaque patent ortus et qua fluitantibus undis
 60 Solis anhelantes abluit annis equos.
 Troia quidem tunc se mirabitur et sibi dicet
 Vos bene tam longa consuluisse via.
 Vera cano: sic usque sacras innoxia laurus
 Vescar, et aeternum sit mihi virginitas.
 65 Haec cecinit vates et te sibi, Phoebæ, vocavit,
 Iactavit fusas et caput ante comas.
 Quicquid Amalthea, quicquid Marpessia dixit
 Herophile, Phoebæ grataque quod monuit,
 Quasque Albana sacras Tiberis per flumina sortes
 70 Portarit sicco pertuleritque sinu,
 (Hæc fore dixerunt belli mala signa cometen,
 Multus ut in terras deplueretque lapis;
 Atque tubas atque arma ferunt strepitantia caelo
 Audita et lucos præcinnuisse fugam;
 75 Ipsum etiam Solem defectum lumine vidit
 Iungere pallentes nubilus annus equos
 Et simulacra deum lacrimas fudisse tepentes
 Fataque vocales præmonuisse boves)
 Haec fuerant olim: sed tu iam mitis, Apollo,
 80 Prodigia indomitis merge sub aequoribus,
 Et succensa sacris crepitet bene laurea flammis,
 Omine quo felix et sacer annus erit.
 Laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni:
 Distendet spicis horrea plena Ceres,

5, 61. tunc] nunc *pr e.* tum, quod vulgo legitur, Scaliger forte, dum hos versus alio transponit, scripserat. 62. longavia Scaliger: longam-viam libri. 63. canam *de, in e supra* posito o. 64. Noscar *Bd.* 66. Iactavitque *cd.* caput] pectus *c.* 57. amaltheo *d.* marpessia *ABce*; marsepia *d.* Mermessia vulgo *de coniectura Salmasii.* 68. Heriphile *BC*, Eriphile *A.* grata quod admonuit *BC.* 69. Quasque *d,* Quodque *Bee.* Albuna vulgo *de coniectura Scaligeri.* rectius Aniena et Tiburs *Itali.* 70. pertuleritque *C*: perlueritque *AB.* 71. vel Hæc *P*: Haec *ABC.* cometen *BC.* 72. ut *Itali*: et libri. deplueretque *P*: deplueritque *ABd* et *corr e,* depuleritque *c* et *pr e.* 73. strepitantia *ABCP*: crepitantia *corr c.* 74. præcinnuisse *A,* pertinnuisse *e,* pertinuisse *cd.* 75. defessum *de,* defectum *margo e.* 76. palentes *B.* nubibus *Pce.* annis *Bd,* annis *pr e.* 79. fuerunt *d.* fuerint vulgo *de coniectura Broukhuisii.* 81. Ut *B.* 82. eat *P.* 83. ubi] vulgo *io de coniectura Heinsii.* 84. Distendet *APde.*

- 85 Oblitus et musto feriet pede rusticus uvas,
 Dolia dum magni deficientque lacus.
 At madidus Baccho sua festa Palilia pastor
 Concinet: a stabulis tunc procul este lupi.
 Ille levis stipulae solemnis potus acervos
90. Accendet, flammam transilietque sacras,
 Et fetus matrona dabit, natusque parenti
 Oscula comprehensis auribus eripiet,
 Nec taedebit avum parvo advigilare nepoti
 Balbaque cum puero dicere verba senem,
- 95 Tunc operata deo pubes discumbet in herba,
 Arboris antiquae qua levis umbra cadit,
 Aut e veste sua tendent umbracula sertis
 Vincata, coronatus stabit et ante calix.
 At sibi quisque dapes et festas extruet alte
- 100 Cespitibus mensas cespitibusque torum.
 Ingeret hic potus iuvenis maledicta puellae,
 Post modo quae votis irrita facta velit:
 Nam ferus ille suae plorabit sobrius idem
 Et se iurabit mente fuisse mala.
- 105 Pace tua pereant arcus pereantque sagittae,
 Phoebe, modo in terris erret inermis Amor.
 Ars bona: sed postquam sumpsit sibi tela Cupido,
 Heu heu quam multis ars dedit illa malum!
 Et mihi praecipue iaceo cum saucius annum
- 110 Et faveo morbo, cum iuvat ipse dolor,
 Usque cano Nemesim, sine qua versus mihi nullus
 Verba potest iustos aut reperire pedes.
 At tu (nam divum servat tutela poetas),
 Praemoneo, vati parce, puella, sacro,
- 115 Ut Messalinum celebrem, cum praemia belli

5, 85. fervet e. 86. deficientque *Regiensis*. 87. Ac BC,
 91. petenti A. 92. comprehensis *Itali*: compressis *libri*.
 naribus P. 93. vigilare C. 95. Tunc et operata B. 96. un-
 da C, umbra *margo e.* cadit BC: cadet A?P. 97. sua] sa-
 cris P et *margo e.* 98. ante C: ipse AB. 99. extruat *Bcd*,
 101. hic] et C. 102. venit A. 103. iurabit d et plo *supra*
 posito e. 105. pereantque arcus *vulgo ex libro Sfortiae*.
 modo
 106. nec e. 108. Eheu P, Heu d. ipsa B, ista C.
 109. iaceo *Scaliger*: taceo *libri*. quom e. 110. vel foveo mor-
 bum A. cum] *tam vulgo de coniectura Passeratii*. 111. Vix-
 que *vulgo, quod habent Itali et primus Aldus dedit 1515*.
 112. iussos e. haud e. reperisse C.

Ante suos currus oppida victa feret,
 Ipse gerens lauros: lauro devinctus agresti
 Miles 'io' magna voce triumphè canet.
 Tum Messala meus pia det spectacula turbae
 120 Et plaudat curru praetereunte pater.
 Annue: sic tibi sint intonsi, Phoebe, capilli,
 Sic tua perpetuo sit tibi casta soror,

6 **C**astra Macer sequitur; tenero quid fiet Amori?
 Sit comes et collo fortiter arma gerat?
 Et seu longa virum terrae via seu vaga ducent
 Aequora, cum telis ad latus ire volet?
 3 Ure, puer, quaeso, tua qui ferus otia liquit,
 Atque iterum erronem sub tua signa voca.
 Quod si militibus parces, erit hic quoque miles,
 Ipse levem galea qui sibi portet aquam.
 Castra peto, valeatque Venus valeantque puellae;
 10 Et mihi sunt vires, et mihi facta tuba est.
 Magna loquor, sed magnifice mihi magna locuto
 Excutiunt clausae fortia verba fores.
 Iuravi quotiens rediturum ad limina nunquam!
 Cum bene iuravi, pes tamen ipse redit.
 15 Acer Amor, fractas utinam tua tela sagittas,
 Si licet, extinctas aspiciamque faces!
 Tu miserum torques, tu me mihi dura precari
 Cogis et insana mente nefanda loqui,
 Iam mala finissem leto, sed credula vitam
 20 Spes fovet et fore cras semper ait melius.
 Spes alit agricolas, Spes sulcis credit aratis
 Semina, quae magno fenore reddat ager:

5, 116. vincita e. feret] ferent *ABd*, forent *ce*, geret *margo e.* 117. lauros *C*: laurus *AB*. 119. Tum *de*: Tunc *ABc*, vel Tunc *P*. 121. sic sint intonsi tibi *de*. 122. perpetua *B*.
 6, 1. mater *B*. 2. Si *A*. ferat *C*. 5. ferus] puer *de*, ferus *margo e.* 6. Et verum *margo e.* errorem *Bd*.
 8. portat *ce*, potet *rec A*. 11. loquenti *C*. 14. Quom *d*. ipse] inde *ce*. 16. Si licet *A*: Scilicet *BC*. Illicet *vulgo ex codice Schefferi*. 17. dura *AC*. 19. Finirent multi letho mala *E*. fovissem *d et pr e*. 20. fore cras semper ait melius *BC*: melius cras fore semper ait *A?E et Vincentius Bellov. sp. d.* 4, 110. 21. aratris *c*. 22. Seminaque ut magno *d et pr e*. reddet *B*.

Haec laqueo volucres, haec captat arundine pisces,
 Cum tenues hamos abdidit ante cibus:
 23 Spes etiam valida solatur compede vinctum
 (Crura sonant ferro, sed canit inter opus):
 Spes facilem Nemesim spondet mihi, sed negat illa.
 Hei mihi, ne vincas, dura puella, deam.
 Parce, per immatura tuae precor ossa sororis:
 30 Sic bene sub tenera parva quiescat humo.
 Illa mihi sancta est, illius dona sepulcro
 Et madefacta meis sarta feram lacrimis,
 Illius ad tumulum fugiam supplexque sedebo
 Et mea cum muto fata querar cinere.
 35 Non feret usque suum te propter flere clientem:
 Illius ut verbis, sis mihi lenta veto,
 Ne tibi neglecti mittant mala somnia Manes,
 Maestaque sopitae stet soror ante torum,
 Qualis ab excelsa praecipua delapsa fenestra
 40 Venit ad infernos sanguinolenta lacus.
 Desino, ne dominae luctus renoventur acerbi:
 Non ego sum tanti, ploret ut illa semel.
 Nec lacrimis oculos digna est foedare loquaces:
 Lena nocet nobis, ipsa puella bona est.
 45 Lena vetat miserum Phryne furtimque tabellas
 Occulto portans itque reditque sinu:
 Saepe, ego cum dominae dulces a limine duro
 Agnosco voces, haec negat esse domi:
 Saepe, ubi nox promissa mihi est, languere puellam
 50 Nuntiat aut aliquas extimuisse minas.
 Tunc morior curis, tunc mens mihi perdita fingit,
 Quisve meam teneat, quot teneatve modis:
 Tunc tibi, lena, precor diras: satis anxia vivas,
 Moverit e votis pars quotacunque deos.

6, 24. Quam d. 25. validi d. 32. ferant B. 35. tuam
 e, tuam d. 37. Nec e, Hec d. mihi d. nova ce. semi-
 na e. 39. fenestra est c. 42. sim d. 45. vetat] 'Ponta-
 nus necat legit. forte legi potest Lena vetat miserum recipi' P.
 mihi vocat legendum videri dixi ad Propertium p. 182. Phry-
 ne Itali: phirne ABCd, hirne e. 46. positas e. 47. diro BPe,
 dyro c, dire d. 49. mihi promissa est Ac. 59. pertimuisse de.
 51. si mens A, sed mens Regiensis. 53. dure Regiensis.

A L B I I T I B U L L I

L I B E R T E R T I U S.

1 **M**artis Romani festae venere kalendae
(Exoriens nostris hic fuit annus avis),

III. *Vincentius Bellovacensis quoscumque versus ex hoc libro petitos affert, libro secundo Tibullii ascribit. Hic liber inscriptus [immo scriptus] videtur Lygdami nomine, qui amabat Neaeram. aliqui amicas Tibulli solas duas, Deliam et Nemesim, agnoscit Ovidius' P. Haec carmina qui Tibullum Lygdami nomine composuisse censent, sed adolescentem necdum ad eam, quam libra primo ostendit, virtutem enisum, eos huic poetae iniuriam facere existimo, quem, ante annum ab u. c. 723 (in hunc enim partem libri primi referendam esse constat) scribentem, nimis inepto consilio maritum Neaerae natum finxisse velint belli Mutinensis tempore (5, 18), hoc est tum ad summum undecennem. multo his rectius iudicant, qui haec carmina non Tibullo sed alii poetae ascribunt. ei Lygdamum et amico Tibulli Cerinthum nomen fecisse puto qui hunc librum cum secundo et quarto edidit, post obitum Tibulli, nisi fallor: certe Ovidius neque in epistolis neque in epicedio Tibulli ex eis quicquam imitatus est, quod tamen postea saepe fecit. sed hic Lygdamus, quisquis fuit, in usu quorundam vocabulorum a Tibullo secessit. eius modi est, quod alter o pereat dixit, alter ah pereat, hic particula autem utitur, a qua ille abstinet (haec enim Huschkius p. 335 et Vossius p. 475 observarunt), eius modi, quod Lygdamus 1, 14 praeter Tibulli morem etenim posuit et 4, 18 mundum pro caelo. praeterea Fridericus Iacobus, unicus linguae Latinae particularum investigator, monuit me Lygdamum coniunctionibus dum, quod et ubi usum non esse, quamvis autem 6, 29 cum indicativo, postquam 4, 41 cum plusquamperfecto coniunxisse, cum Tibullus quamvis cum coniunctivo, postquam cum perfecto copulare consuevisset. nihilo minus hic poeta nullum alium sibi quam Tibullum, in arte quem sequeretur, proposuit: hunc opere suo ita effinxit, ut in Tibulli domo scriptum iures: denique hunc etiam versus faciendorum magistrum habuit. in versu pentametro artem huic cum illo communem ad Propertium olim ostendi p. 23: nunc hoc adiciam, eum ipso Tibullo castiorem hexametros nullos post quartum trochaicum incisos posuisse. nam Tibullus cum primis annis vel Lucretii et Virgilii curam superans ea incisione ita tantum modo usus esset si in quinta decima versus mora vocabulum monosyllabum collocasset (I, 1, 71. 2, 23. 75. 4, 61. 6, 27), postea hac ipsa exceptione sprete, ad quam non nisi bis recurrit (I, 9, 39. IV, 2, 17), ceterorum exemplo paulum remisit (I, 9, 83. IV, 5, 15. 8, 3. 13, 13. II, 3, 13. 4, 11. 5, 25. 29. 31. 87. 6, 23).*

1, 2. hinc vulgo ex Cuiaciano recentiore.

Et vaga nunc certa discurrunt undique pompa
 Perque vias urbis munera perque domos:
 5 Dicite, Pierides, quonam donetur honore
 Seu mea, seu fallor, cara Neaera tamen.
 Carmine formosae, pretio capiuntur avarae:
 Gaudeat, ut digna est, versibus illa meis.
 Lutea sed niveum involat membrana libellum,
 10 Pumicet et canas tondeat ante comas *Pumicet*
 Summaque praetextat tenuis fastigia chartae,
 Indicet ut nomen littera facta, tuum,
 Atque inter geminas pingantur cornua frontes:
 Sic etenim comptum mittere oportet opus.
 15 Per vos, auctores huius mihi carminis, oro
 Castaliamque umbram Pieriosque lacus,
 Ite domum cultumque illi donate libellum,
 Sicut erit: nullus defluat inde color.
 Illa mihi referet, si nostri mutua cura est
 20 'An minor, an toto pectore deciderim.
 Sed primum meritam longa donate salute
 Atque haec submisso dicite verba sono.
 'Haec tibi vir quondam, nunc frater, casta Neaera,
 Mittit et accipias munera parva rogat,
 25 Teque suis iurat caram magis esse medullis,
 Sive sibi coniunx sive futura soror.
 Sed potius coniunx: huius spem nominis illi
 Auferet extincto pallida Ditis aqua.'

2 Qui primus caram iuveni carumque puellae
 Eripuit iuvenem, ferreus ille fuit.
 Durus et ille fuit, qui tantum ferre dolorem,
 Vivere et erepta coniuge qui potuit.

1, 5. non certe *d* et *a* supra posito *e*.
 arte *c*. 11. praetextat *e*, protexit *AB*. carta *d*. 12. tuum] errore libr. scri-
 meum margo *c*. fortasse puer. 15. Par *B*. eius et in mar- *ptum Pumicet*
 gine huius *d*. 16. Castaliam umbrosam *B*. 19. referet *ABcd*: Non proxima
 refert *pr e*, referat *corr e*. nostri si *C*. 20. 'An maneam *librorum forma*
 Pontanus' *P*. corpore *e*. 21. 'meritam *v. c*.' *P*: meritum
ABce, al. myrtum margo *e*, nympham *d*. longa *C*: larga *AB*. *Pumicet et*
 22. At *d*. haec om *pr e*. *Pumicet*
 2, 1. primum *P*. carumve *C*. *Pumicet*

5 Non ego firmus in hoc, non haec patientia nostro
 Ingenio: frangit fortia corda dolor:
 Nec mihi vera loqui pudor est vitaeque fateri
 Tot mala perpressae taedia nata meae.
 Ergo cum tenuem fuero mutatus in umbram
 10 Candidaque ossa super nigra favilla teget,
 Ante meum veniat longos incompta capillos
 Et fleat ante meum maesta Neaera rogam.
 Sed veniat carae matris comitata dolore:
 Maereat haec genero, maereat illa viro.
 15 Praefatae ante meos Manes animamque precatae
 Perfusaeque pias ante liquore manus,
 Pars quae sola mei superabit corporis, ossa
 Incinctae nigra candida veste legent,
 Et primum annoso spargent collecta Lyaeo,
 20 Mox etiam niveo fundere lacte parent,
 Post haec carbaseis humorem tollere ventis
 Atque in marmorea ponere sicca domo.
 Illic quas mittit dives Panchaia merces
 Eoique Arabes, pinguis et Assyria,
 25 Et nostri memores lacrimae fundantur eodem:
 Sic ego componi versus in ossa velim.
 Sed tristem mortis demonstrat littera causam
 Atque haec in celebri carmina fronte notet.
 Lygdamus hic situs est: dolor huic et cura Neerae,
 30 Coniugis ereptae, causa perire fuit.

2, 5. haec patientia nostro *ABCP*: hoc patiemur et aequo
Regiensis. 'illud non haec patientia nostro posuit Pontanus' *P*.
sed codices A et B prius quam Pontanus nasceretur scripti sunt.
 6. frangit-dolor *Vincentius Bellov. sp. d. 4, 112*. 7. Haec
de cum Regiensi. verba Regiensis. 8. 'tot superesse meae',
 10. 'vel super. sic leguntur hi duo versiculi in codice Aldi' *P*.
 9. Ergo ego *A? rec c.* quom *d.* 10. supra *c et Regiensis*.
 11. longos veniat *de.* 13. veniet *P.* 15. precatae *P, vel*
precatae A: rogatae vel rogatae ABC. 17. Pars quoque *de.*
 18. 19. legant et spargant *vulgo a Mureto inde.* 21. haec
om d, hac c. garbaseis *B.* ventis] vittis vel velis *Itali, linis*
vel villis I. H. Vossius. 23. Illuc *vulgo a Mureto inde.*
panchaicha B. 24. pinguis *c et Itali: dives ABde.* 27. de-
monstrent A? d. 29. cura *A? P: causa BC.* Neerae *Itali:*
libri neera.

- 3 Quid prodest caelum votis implesse, Neaera,
 Blandaue cum multa tura dedisse prece,
 Non ut marimori prodirem e limine tecti,
 Insignis clara conspicuusque domo,
 5 Aut ut multa mei renovarent iugera tauri
 Et magnas messes terra benigna daret,
 Sed tecum ut longae sociarem gaudia vitae
 Inque tuo caderet nostra senecta sinu
 Tunc cum permenso defunctus tempore lucis
 10 Nudus Lethaea cogerer ire rate?
 Nam grave quid prodest pondus mihi divitis auri,
 Arvaue si findant pingua mille boves?
 Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis,
 Taenare sive tuis, sive Caryste tuis,
 15 Et nemora in domibus sacros imitantia lucos
 Aurataeque trabes marmoreumque solum?
 Quidve in Erythraeo legitur quae litore concha
 Tinctaque Sidonio murice lana iuvat,
 Et quae praeterea populus miratur? in illis
 20 Invidia est: falso plurima vulgus amat.
 Non opibus mentes hominum curaeque levantur:
 Nam Fortuna sua tempora lege regit.
 Sit mihi paupertas tecum iucunda, Neaera:
 At sine te regum munera nulla volo.
 25 O niveam, quae te poterit mihi reddere, lucem!
 O mihi felicem terque quaterque diem!
 At si, pro dulci reditu quaecunque voventur,
 Audiatur aversa non meus aure deus,
 Nec me regna iuvent nec Lydius aurifer amnis

3, 2. tulisse B. 5. renovantur *pr e.* 7. sociarent BCP.
 9. quom d. permenso ABC: promenso P, permensae *corr e.*
 praemensae *vulgo inde ab Ald. 1502.* tempora *corr e.* 10. coger d.
 11. Quid prodesse potest pondus grave E et Vincentius Bel-
 lov. *sp. d. 5, 73.* 6, 2. 12. Prataque Vincentius loco *priore.*
 fundant e. 14. 15. om Vincentius. 14. Traenare et thariste B.
 17. in ericteo A, inerithri eo d. quae in B. 18. sidonia d.
 20. Invidia est E, 'Pontanus' P: Invida quae ABC. vulgus
 E teste Scaligero in *castigationibus.* habet e. 21. lavantur d.
 22. regit P: gerit ABC. 23. Sed A, Sic c? iucunda Bcd.
 24. At C: Et AB et *corr e.* 25. poterit quae te c. 27. At
 mihi pro d. 28. aversa c: adversa ABde. 29. Non Ac et
 Vincentius Bell. *sp. d. 5, 73.* 81. iuvent ABC et Vincentius:
 iuvent P. non Vincentius.

30 Nec quas terrarum sustinet orbis opes.
 Haec alii cupiant, liceat mihi paupere cultu
 Securo cara coniuge posse frui.
 Adsis et timidis faveas, Saturnia, votis,
 Et faveas concha, Cypria, vecta tua.
 35 Aut si fata negant reditum tristesque sorores,
 Stamina quae ducunt quaeque futura neunt,
 Me vocet in vastos amnes nigranque paludem
 Dives in ignava luridus Orcus aqua.

4 Dii meliora ferant, nec sint insomnia vera,
 Quae tulit hesterna pessima nocte quies.
 Ite procul, vani, falsumque avertite visum:
 Desinite in votis quaerere velle fidem.
 5 Divi vera monent, venturae nuntia sortis
 Vera monent Tuscis exta probata viris:
 Somnia fallaci ludunt temeraria nocte
 Et pavidas mentes falsa timere iubent:
 Et natum in curas hominum genus omina noctis
 10 Farre pio placant et saliente sale?
 Et tamen, utcunque est, sive illi vera moneri,
 Mendaci somno credere sive volent,
 Efficiat vanos noctis Lucina timores

3, 31. Hoc *Vincentius* loco altero. capiunt *Vincentius* priore loco, altero cupiunt. 32. Securo vitae munere *Vincentius*. 33. Adsisque et d. 34. cyprea d. 36. canunt vulgo de coniectura *Heinsii*. nec neunt *codex Foroiul. versionis vulgatae Matth. 6, 28.* 38. Divis d. ignara e, ignaram d. luridis d. orchus *Bcd.*

4, 1. Qui d. velint corr c. insomnia d, aliter insomnia P: mihi somnia *ABce.* 2. hesterna *ABe:* externa *cd.* extrema vulgo ex *Cuiaciano* recentiore. pexima B. 3. vani B et rec A: vanum C et pr A. 4. Desine d. in votis] vulgo in vobis de coniectura *Scaligeri*. in somnis *Itali*, inventis *Statius*. 5. 6. movent c. 7. 8. *Vincentius Bellov. sp. d. 4, 113.* 9. At vulgo de coniectura *Mureti*. natum B: varium A, vatum *cd.* vanum *Pe* et rec A. in curas c: maturas B, ventura *Ae*, al. ventura rec c, metuens d et rec A. omina *Bc:* omnia *Ade*, aliter omnia P. noctis rec in litura B. 10. *Servius ad Aen. 5, 745.* 11. Sed vulgo ex *Thuaneo Guyeti* solo. utrunque de. moneri *ABPd* et pr e: moveri c, monenti rec e. 12. velint *Bde*, vel volent *margo e.*

Et frustra inmeritum pertimuisse velit,
 15 Si mea nec turpi mens est obnoxia facto
 Nec laesit magnos impia lingua deos.
 Iam Nox aetherium nigris emensa quadrigis
 Mundum caeruleo laverat amne rotas,
 Nec me sopierat menti deus utilis aegrae:
 20 Somnus sollicitas deficit ante domos.
 Tandem, cum summo Phoebus prospexit ab ortu,
 Pressit languentis lumina sera quies.
 Hic iuuenis casta redinitus tempora lauro
 Est visus nostra ponere sede pedem.
 25 Non illo quicquam formosius ulla priorum
 Aetas, humanum nec videt illud opus.
 Intonsi crines longa cervice fluebant,
 Stillabat Syrio myrtea rore coma.
 Candor erat, qualem praefert Latonia Luna,
 30 Et color in niveo corpore purpureus,
 Ut iuveni primum virgo deducta marito
 Inficitur teneras ore rubente genas,
 Et cum contexunt amarantis alba puellae
 Lilia et autumnno candida mala rubent.
 35 Ima videbatur talis illudere palla:
 Namque haec in nitido corpore vestis erat.
 Artis opus rarae, fulgens testudine et auro
 Pendebat laeva garrula parte lyra.
 Hanc primum veniens plectro modulatus eburno,
 40 Felices cantus ore sonante dedit:
 Sed postquam fuerant digiti cum voce locuti,
 Edidit haec dulci tristia verba modo.
 'Salve, cura deum: casto nam rite poetae
 Phoebusque et Bacchus Pieridesque favent:
 45 Sed proles Semeles Bacchus doctaeque sorores

4, 14. praetimuisse vulgo de coniectura Gebhardi. 15. Sic
 Bd et corr e. 16. magicos B. 17. aethereum BC. emensa
 de: emersa ABC. 21. quom d. perspexit c. 22. fessa c.
 23. lauru vulgo de coniectura Broukhusii. 25. quisquam d.
 26. fortasse heroum nec tulit ulla domus. 28. Syrio Itali:
 tyrio vel tirio ABC. myrtea, mirtea, myrthea, mirthea libri.
 33. Et ABde: Ut c, Aut P. quom d, quam A. 34. ut
 vulgo de coniectura Broukhusii. autumnno C. 35. Lima d,
 Lima pr e. 41. vel digitis P. 42. dulci tristia Broukhusius:
 tristi dulcia libri. sono de. 45. Semeles ABde: semelae c.

Dicere non norunt, quid ferat hora sequens:
 At mihi fatorum leges aevique futuri
 Eventura pater posse videre dedit.
 Quare ego quae dico non fallax accipe vates,
 60 Quodque deus vero Cynthus ore feram.
 Tantum cara tibi, quantum nec filia matri,
 Quantum nec cupido bella puella viro,
 Pro qua sollicitas caelestia numina votis,
 Quae tibi securos non sinit ire dies,
 65 Et cum te fusco Somnus velavit amictu,
 Vanum nocturnis fallit imaginibus,
 Carminibus celebrata tuis formosa Neaera
 Alterius mavult esse puella viri,
 Diversasque suas agitat mens impia curas,
 66 Nec gaudet casta nupta Neaera domo.
 Ah crudele genus nec fidum femina nomen!
 Ah pereat, didicit fallere siqua virum.
 Sed flecti poterit: mens est mutabilis illis:
 Tu modo cum multa brachia tende prece.
 66 Saevus Amor docuit validos tentare labores,
 Saevus Amor docuit verbera saeva pati.
 Me quondam Admeti niveas pavisse iuencas
 Non est in vanum fabula ficta iocum:
 Tunc ego nec cithara poteram gaudere sonora
 70 Nec similes chordis reddere voce sonos,
 Sed perlucenti cantus meditabar avena
 Ille ego Latonae filius atque Iovis.
 Nescis quid sit amor, iuvenis, si ferre recusas
 Immitem dominam coniugiumque ferum.
 75 Ergo ne dubita blandas adhibere querelas:
 Vincuntur molli pectora dura prece.

4, 46. non] nec d. 47. cuicumque B. 49. non] nox d.
 50. Quodque AP: Quidque BC. feram Broukhusius: ferat
 libri. 55. quom d. 58. maluit Bd. 59. suas] vulgo tuis
 de coniectura Lipsii. mens anxia P. 60. Ne d. 63. illis
 C: illi AB. 64. prece P: fide ABC. conf. 3, 6, 46. Propert.
 1, 18, 18. 65. litteris minoribus B. Saevus amor docuit. sup-
 positicius est hic versus. Pontanus sic reposuit ex v. c. [ab illo,
 ut asserebat, codice Perreius] Flere nec ante pedes pudeat domi-
 namque vocare P. validos tentare labores F: dominae fera
 verba minantis ABC. 66. potuit c. saeva F: posse ABC.
 67. niveos - iuencos c. 69. ne A. 70. Ne A. 71. cantus
 c et cum Aldo Scaliger: cantum BPde et, nisi fallor, A.

Quod si vera canunt sacris oracula templis,
 Haec illi nostro nomine dicta refer.
 'Hoc tibi coniugium promittit Delius ipse:
 20 Felix hoc, alium desine velle virum."
 Dixit, et ignavus deiluxit corpore somnus.
 Ah ego ne possim tanta videre mala.
 Nec tibi crediderim votis contraria vota
 Nec tantum crimen pectore inesse tuo:
 35 Nam te nec vasti generunt aequora ponti
 Nec flammam volvens ore Chimaera fero
 Nec canis anguinea redimitus terga caterva,
 Cui tres sunt linguae tergeminumque caput,
 Scyllaque virgineam canibus succincta figuram,
 40 Nec te conceptam saeva laena tulit,
 Barbara nec Scythiae tellus horrendave Syrtis,
 Sed culta et duris non habitanda domus
 Et longe ante alias omnes mitissima mater
 Isque pater quo non alter amabilior.
 45 Haec deus in melius crudelia somnia vertat
 Et iubeat tepidos irrita ferre Notos.

5 Vos tenet, Etruscis manat quae fontibus unda,
 Unda sub aestivum non adeunda Canem,
 Nunc autem sacris Baiarum maxima lymphis,
 Cum se purpureo vere remittit humus:
 5 At mihi Persephone nigram denuntiat horam:
 Inmerito iuveni parce nocere, dea.
 Non ego tentavi nulli temeranda deorum

prima

- 4, 78. nomina *Regiensis*, aliter nomina P. 79. Non d.
 80. hoc F teste in castigationibus Scaligero: Heinsius non an-
 notavit. ceteri ac. 81. pectore cum Aldo Scaliger. 82. ne
 ABCP: non Aldus et Scaliger. possim ABPc: possem e, pos-
 sum d cum Aldo et Scaligero. 84. pectori Scaliger dedit taci-
 tus. 87. Non A. consanguinea AB. catena B. 88. Qui d.
 89. Scyllave Heynius et Vossius soli. succincta F: submixta
 ABc, comitata de. 92. aliter diris P. 93. alias ABC: alios
 cum Aldo Scaliger. 95. crudelis P et Regiensis. 96. impia
 BC et Regiensis, aliter irrita P.
 5, 1. Vos BP et Scaliger: ..os C, Nos A. 4. Quom d.
 hyems cum Aldo Scaliger. 5. At ACP cum Aldo et Scali-
 gero: Ah B. thissiphone e, thesiphone d. 7. deorum] pio-
 rum Itali, virorum Scaliger ex Cuiaciano recentiore.

Audax laudandae sacra docere deae,
 Nec mea mortiferis infecit pocula succis
 10 Dextera nec cuiquam trita venena dedit,
 Nec nos sacrilegi templis admovimus ignes,
 Nec cor sollicitant facta nefanda meum,
 Nec nos insanæ meditantés iurgia mentis
 Impia in adversos solvimus ora deos:
 15 Et nondum cani nigros laesere capillos,
 Nec venit tardo curva senecta pede.
 Natalem primo nostrum videre parentes,
 Cum cecidit fato consul uterque pari.
 Quid fraudare iuvat vitem crescentibus uvis
 20 Et modo nata mala vellere poma manu?
 Parcite, pallentes undas quicumque tenetis
 Duraque sortiti tertia regna dei.
 Elysios olim liceat cognoscere campos
 Lethæamque ratem Cimmeriosque lacus,
 25 Cum mea rugosa pallebunt ora senecta
 Et referam pueris tempora prisca senex.
 Atque utinam vano nequicquam terrear aestu!
 Languent ter quinos sed mea membra dies.
 At vobis Tuscae celebrantur numina lymphæ
 30 Et facilis lenta pellitur unda manu.
 Vivite felices, memores et vivite nostri,
 Sive erimus seu nos fata fuisse velint.
 Interea nigras pecudes promittite Diti
 Et nivei lactis pocula mixta mero.

- 5, 8. celandæ P. 10. trita F: certa ceteri. vulgo tetra de
 coniectura Scaligeri. 11. sacrilegi Fc: sacrilegis d et pr e, sa-
 crilegos AB et corr e. amovimus B. ignes Regiensis: egris
 B, aegros AC, ergo F Heinsio teste: Scaliger in castigationibus
 ergo ex egros, alterius Cuiaciani scriptura, elici posse scribit.
 12. Sollicitant pectus facta nefanda reum Vincentius Bellora-
 censis sp. d. 4, 107. 13. meditantis BC et cum Aldo Scaliger.
 mentis ABPde et corr c: linguæ c et cum Aldo Scaliger.
 15. Sæpe quidem Vincentius sp. d. 5, 100. 16. Sæpe venit
 tacito Vincentius. 17. primo nostri d. nostri primum vulgo ex
 libris paucis nec bonis. deus est Natalis. 18. Quo d.
 19. 20. Vincentius sp. d. 4, 94. 21. umbras cum Aldo Scali-
 ger, aliter umbras P. 22. aliter sortiri P. fortia e.
 23. Eliseos de. 24. chimériosque c, chimereosque d. 25. Quom d.
 26. pueri B. 27. nequicquam terreat e. 28. quinas d.
 29. Atque B. vobis Pc et Scaliger: nobis ABde. celebren-
 tur de. nymphæ Ae. 32. volent vulgo ex uno Statii.

- 6 **C**andide Liber, ades (sic sit tibi mystica vitis
Semper, sic hedera tempora vincta feras),
Aufer et ipse meum pariter medicando dolorem:
Saepe tuo cecidit inunere victus amor.
- 8 Care puer, madeant generoso pocula Baccho,
Et nobis prona funde Falerna manu.
Ite procul durum curae genus, ite labores:
Fulserit hic niveis Delius alitibus.
Vos modo proposito dulces faveatis amici,
- 10 Neve neget quisquam me duce se comitem:
Aut si quis vini certamen inite recusat,
Fallat eum tecto cara puella dolo.
Ille facit dites animos deus, ille ferocem
Contudit et dominae misit in arbitrium,
- 15 Armenias tigres et fulvas ille leaenas
Vicis et indomitis mollia corda dedit.
Haec Amor et maiora valet, sed poscite Bacchi
Munera: quem vestrum pocula sicca iuvant?
Convenit ex aequo nec torvus Liber in illis,
- 20 Qui se quique una vina iocosa colunt:
Non venit iratus nimium nimiumque severus:
Qui timet irati numina magna, bibat.
Quales his poenas qualis quantusque minetur,
Cadmeae inatris praeda cruenta docet.
- 25 Sed procul a nobis hic sit timor, illaque, siqua est,
Quid valeat laesi sentiat ira dei.
Quid precor ah demens? venti temeraria vota,

6, 1. sic] nec *pr e*. 2. semper sic edera *BC et Scaliger*: Sic edera semper *A?* 3. pariter] semper *e*.
 medicande *Stadius*. 4. arax et in margine amor *e*. 6. Et] vulgo *I de coniectura Scaligeri [exemplo Perreiano non Perreii manu ascriptum est, sed multo recentiore, quae Scaligerum sequi solet. eadem 4, 5, 1 ascripsit Qui mihi te, eadem 4, 1, 39 Nam quis te et alia permulta]*. 7. curae durum genus *Vincentius Bellov. sp. d. 4, 75*. 8. Pulserit *Bd*, Pulserat *e*. 11. Nut *d*, At *P*. recusat *BCP*: recuset *A et cum Aldo Scaliger*.
 12. cum *Bc*. 14. Contulit *d et pr e*. 15. Armenas *B*.
 17. valet *Fruterius, itaque unus Statii: volet ceteri*. 19. illis *BC*: illo *A*, illos cum *Aldo Scaliger*. 21. Non venit *ABde*: Iam venit *c?* et cum *Aldo Scaliger*. Cum venit *Itali. immo Con-*
 venit-severos. severis vulgo *de coniectura Livineii*. 23. hic *e*.
 qualis *F*: deus hic *ceteri*. quantusque *F*: quantasque *Pc*,
 quantumque *ABe*, quantum *d*. 27. ha *d*.

Aeriae et nubes diripienda ferant.
 Quamvis nulla mei superest tibi cura, Neaera,
 30 Sis felix, et sint candida fata tua.
 At nos securae reddamus tempora mensae:
 Venit post multos una serena dies.
 Hei mihi, difficile est imitari gaudia falsa,
 Difficile est tristi fingere mente iocum,
 35 Nec bene mendaci risus componitur ore,
 Nec bene sollicitis ebria verba sonant.
 Quid queror infelix? turpes discedite curae:
 Odit Lenaeus tristia verba pater.
 Gnosia, Theseae quondam periuria linguae
 40 Flevisti ignoto sola relicta mari:
 Sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus
 Ingrati referens impia facta viri.
 Vos ego nunc moneo: felix, quicumque dolore
 Alterius disces posse carere tuo.
 45 Nec vos aut capiant pendentia brachia collo
 Aut fallat blanda sordida lingua prece.
 Etsi perque suos fallax iuravit ocellos
 Iunonemque suam perque suam Venerem,
 Nulla fides inerit: periuria ridet amantum
 50 Iuppiter et ventos irrita ferre iubet.
 Ergo quid totiens fallacis verba puellae
 Conqueror? ite a me, seria verba, procul.
 Quam vellem tecum longas requiescere noctes
 Et tecum longos pervigilare dies,
 55 Perfida nec merito nobis inimica merenti,
 Perfida, sed, quamvis perfida, cara tamen!

6, 28. Aerae nubes *de.* 30. Sic *d.* facta *Ade.*
 32. multas *Ade.* 33. Hinc novum carmen ordiuntur *ABC*:
Muretus Scaligero obsequente coniunxit. Si mihi *B*, Hei quam
E, Heu quam *Vincentius sp. d.* 4, 111. 35. Non *E.* 37. tris-
 tes *de.* 41. minorque *d*, minor ante *B.* 42. fata *c.*
 43. Vos quoque *B.* 44. didicit *E et Vincentius Bellov. sp. d.*
 4, 28. 5, 37. cavere *EF et Vincentius.* suum *E et Vincen-*
tius, toros F. 45. Non vos decipiant *E*, Ne nos decipiant *Vin-*
centius sp. d. 4, 163. 46. Nec capiat *E et Vincentius.* prece
E et Vincentius: ceteri fide. 47. iurabit *B.* iuravit *vulgo de*
coniectura Fruterii. 49. meritis *et in margine inerit e, veneri*
rec A. 51. quid *A?* certe *Muretus et Ald.* 1515: qui *BC et*
eum Ald. 1502 *Scaliger.* 52. procul *P:* precor *ABC et cum Aldo*
Scaliger. 53. longas tecum *vulgo ex Ald.* 1515. 55. inimica
ABC et cum Aldo Scaliger: nec amica Regiensis. 56. tu mihi
ante cara add d.

Naida Bacchus amat: cessas, o lente minister?

Temperet annosum Marcia lympha merum.

Non ego, si fugiat nostrae convivia mensae

60 Ignotum cupiens vana puella torum,

Sollicitus repetam tota suspiria nocte.

Tu puer, i, liquidum fortius adde merum.

Iam dudum Syrio madefactus tempora nardo

Debueram sertis implicuisse comas.

6, 57. Naida *C* et cum *Aldo Scaliger*: Naiada *B*. 58. Tem-
perat *A*. 59. ego] te *B*. fugiet *B*, fugit *c*. 62. Tu] I *P*.
i *F*: et *ACP*, es *B*, alii et *B*. 63. Syrio *Itali*: tyrio *Ace* et
cum *Aldo Scaliger*, tyria *Bd*. 65 — 70. v. lib. 4, 12.

A L B I I T I B U L L I
L I B E R Q U A R T U S.

- 1 **T**e, Messala, canam, quanquam me et cognita virtus
Terret, ut infirmæ nequeant subsistere vires,
Incipiam tamen. a meritis si carmina laudes,
Deficiant: humilis tantis sin conditor actis,
6 Nec tua præter te chartis intexere quisquam
Facta queat, dictis ut non maiora supersint.
Est nobis voluisse satis, nec munera parva
Respueris. etiam Phoebæ gratissima dona
Crescunt, et cunctis Baccho iucundior hospes
10 Icarus, ut puro testantur sidera caelo
Erigoneque Canisque, neget ne longior aetas.
Quin etiam Alcides deus ascensurus Olympum
Laeta Molorcheis posuit vestigia tectis,
Parvaque caelestis placavit mica, nec illis
15 Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.
Hic quoque sit gratus parvus labor, ut tibi possim
Inde alios aliosque memor componere versus.
Alter dicat opus magni mirabile mundi,
Qualis in immenso desederit aere tellus,
20 Qualis et in curvum pontus confluxerit orbem,

IV. cum libro tertio coniungitur in BC.

- 1, 1. me et de coniectura scripsi: mea ABC, tua P, me vulgo
ex Cuiaciano recentiore. ex F nihil notatum. cognita vel vi-
vida A. 2. nequeant F: valeant ceteri. ut concedentis est.
3. a ABC: at F, ac P. meritis P. carmine C. conf. carm.
ad Pison. 202. 4. tantis humilis B. aliter humiles P. ita
Regiensis. 5. præter te ABde et Scaliger cum Cuiaciano recentiore:
te præter c. 9. Detulit margo e. iocundior cd.
10. et de, ut margo e. pura B. 11. neget om d.
ne om B. 12. etiam om d. 13. tectis Itali: terris libri.
14. placavit Itali: peccavit d, pacavit ceteri. 18. opus dicat P.
dicat Bde: dictat AFc et corr c. 19. aliter in immensum P.
ita B. desederit FPc: descenderit ABdo. aliter aera P. ita
AB. 20. defluxerit C.

Et vagus, e terris qua surgere nititur, aer,
 Huic et contextus passim fluat igneus aether,
 Pendentique super claudantur ut omnia caelo:
 At, quodcunque meae poterunt audere Camenae,
 25 Seu tibi par poterunt seu, quod spes abnuvit, ultra
 Sive minus (certeque canent minus), omne vovemus
 Hoc tibi, nec tanto careat mihi carmine charta.
 Nam, quanquam antiquae gentis superant tibi laudes,
 Non tua maiorum contenta est gloria fama,
 30 Nec quaeris quid quaque index sub imagine dicat,
 Sed generis priscos contendis vincere honores,
 Quam tibi maiores maius decus ipse futuris:
 At tua non titulus capiet sub nomine facta,
 Aeterno sed erunt tibi magna volumina versu,
 35 Convenientque tuas cupidi componere laudes
 Undique quique canent vincto pede quique soluto.
 Quis potior, certamen erit: sim victor in illis,
 Ut nostrum tantis inscribam nomen in actis.
 Nam quis te maiora gerit castrisve forove?
 40 Nec tamen hic aut hic tibi laus maiorve minorve,
 Iusta pari premitur veluti cum pondere libra,
 Prona nec hac plus parte sedet nec surgit ab illa,
 Qualis, inaequatum si quando onus urget utrinque,
 Instabilis natat alterno depressior orbe.
 45 Nam seu diversi fremat inconstantia vulgi,
 Non alius sedare queat: seu iudicis ira
 Sit placanda, tuis poterit mitescere verbis.
 Non Pylos aut Ithace tantos genuisse feruntur
 Nestora vel parvae magnum decus urbis Ulixen,

1; 21. e] *vulgo a de coniectura Barthii.* 22. et] ut P.
 flat d. 24. At P et cum Aldo Scaliger: Et ABC et Cuiacianus recentior. quocunque A. 25. sed quid de. ultro
vulgo contra libros. 26. vovemus CEP: movemus AB.
 27. ne AC. carmine ABFce: carmina d, nomine P, pondere
margo e. 30. quid quaque index F: quid qua iudex ABCP.
 32. futuris BCP: futurus A et cum Aldo Scaliger. 35. aliter
 titulis P. ita Regiensis. stemmate vulgo, quod habent Itali.
 36. iuncto c, victo d. 37. potior C: potius AB et cum Aldo
 Scaliger. 39. hunc versum hic deletum inserit ante 45 P.
 Nam quis te F: Quisque tibi B, Quis tibi nam C, Namque tibi
 vel Quisque tibi A, Nec quisquam P. castrisve A: chartisve
 BCFP. 40. om A. hic aut hic CF: hic B. hinc aut hinc
vulgo incerto auctore. 41. premit B. 42. surget de. 44. alterna
 P. 47. Sic d. 49. ulixem cd, ulissem Be.

- 50 Vixerit ille senex quamvis, dum terna per orbem
 Saecula fertilibus Titan decurreret horis,
 Ille per ignotas audax erraverit urbes,
 Qua maris extremis tellus includitur undis.
 Nam Ciconumque manus adversis reppulit armis,
 55 Nec valuit lotos coeptos avertere cursus,
 Cessit et Aetnaeae Neptunius incola rupis
 Victa Maroneo foedatus lumina Baccho:
 Vexit et Aeolios placidum per Nerea ventos:
 Incultos adiit Laestrygonas Antiphatenque,
 60 Nobilis Artacie gelida quos irrigat unda:
 Solum nec doctae verterunt pocula Circes,
 Quamvis illa foret Solis genus, apta vel herbis
 Aptaque vel cantu veteres mutare figuras:
 Cimmerion etiam obscuras accessit ad arcis,
 65 Quis nunquam candente dies apparuit ortu,
 Seu supra terras Phoebus seu curreret infra:
 Vidit, ut inferno Plutonis subdita regno
 Magna deum proles levibus discurreret umbris,
 Praeteriitque cita Sirenum litora puppi.
 70 Illum inter geminae nantem confinia mortis
 Nec Scyllae saevo conterruit impetus ore,
 Cum canibus rapidas inter fera serperet undas,
 Nec violenta suo consumpsit more Charybdis,
 Vel si sublimis fluctu consurgeret imo,
 75 Vel si interrupto nudaret gurgite pontum.

1, 51. decurreret cum Aldo Scaliger. 55. includitur ABC
 et cum Aldo Scaliger: excluditur Regiensis. 55. Nec C: Non
 AB et cum Aldo Scaliger. lotos F et Italus in Gryph. 1534
 in bibliotheca Vaticana: cyclops ceteri. alii Itali Cessit et Aet-
 naeae, Nec valuit Cyclops, Victa Maroneo. coeptos] captos F,
 tempus B. advertere B, vertere d. 59. Antiphatenque cum
 Aldo Scaliger: antiphatemque ed. 60. artaciae Regiensis, atra-
 ciae C, artacre A, artaere B, Arsaciae P. gelida Itali: gelidae
 P, gelidos ceteri. erigit F. 63. Apta vel d. 64. Cim-
 merion BP et cum Aldo Scaliger. Cimmeriorum vulgo de coniec-
 tura Broukhusii. 66. Seu ABC: Sive cum Aldo Scaliger.
 supra AC et Scaliger cum Aldo et Cuiaciano recentiore: super B.
 67. et C. Plutoni subdita regna cum Aldo Scaliger.
 68. umbris AP et cum Aldo Scaliger: undis BC et Cuiacianus
 recentior. 70. inter geminae F: tergeminae ceteri. nante B.
 confinio P. 71. ore FP: orbe ceteri. 72. rapidas Bde et
 cum Aldo Scaliger: rabidas Ac. fera P: freta ceteri.
 73. more B et cum Aldo Scaliger: in ore AC et Cuiacianus re-
 centior. 75. si om d et pr e.

Non violata vagi sileantur pascua Solis,
 Non amor et fecunda Atlantidos arva Calypsus,
 Finis et erroris miseri Phaeacia tellus.
 Atque haec seu nostras inter sunt cognita terras,
 80 Fabula sive novum dedit his erroribus orbem,
 Sit labor illius, tua dum facundia, maior.
 Iam te non alius belli tenet aptius artes,
 Qua deceat tutam castris praeducere fossam,
 Qualiter adversos hosti defigere cervos,
 85 Quemve locum ducto melius sit claudere vallo,
 Fontibus ut dulces erumpat terra liquores,
 Ut facilisque tuis aditus sit et arduus hosti,
 Laudis et assiduo vigeat certamine miles.
 Quis tardamve sudem melius celeremve sagittam
 90 Iecerit aut lento perfregerit obvia pilo?
 Aut quis equum celeremve arto compescere fraeno
 Possit et effusas tardo permittere habenas,
 Inque vicem modo directo contendere passu,
 Seu libeat, curvo brevius contendere gyro,
 95 Quis parma, seu dextra velit seu laeva, tueri,
 Sive hac sive illac grandis venit impetus hastae
 Amplior, aut signata cita loca tangere funda?
 Iam simul audacis venient certamina Martis,
 Adversisque parent acies concurrere signis,
 100 Tum tibi non desit faciem componere pugnae,
 Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen,
 Rectus ut aequatis decurrat frontibus ordo,

- 1, 77. calypsos C. 78. erroris F: errorum ceteri.
 misero P. 81. fecundia d. 82. Iam Itali: Nam libri omnes.
 83. praeducere ABCFP. 84. cervos Itali: nervos libri.
 87. Et A. sit om d. 88. ut P. 91. Aut B et cum Aldo
 Scaliger: At C, Et A. celerem arctato vulgo de coniectura
 Itatorum. haud scio an celeremque cum Ayrmano scribendum
 sit; nisi totum vocabulum ex v. 89 huc venit. 93. dirrepto d.
 passu ABF: cursu C. 94. Nunc P. brevius B: levius vel
 melius vel brevius A, melius C et cum Aldo Scaliger. compel-
 lere vel convertere vulgo de coniectura Bröukhusii et Crusii.
 95. Quis parma seu ABCFP. 96. grandis venit] veniat gravis
 vulgo, quod a Scaligero in annotatione forte positum operae M.
 Patissónii invexerunt. 97. Amplior aut ABFc et corr e: Am-
 plior seu de. cita] velit C. 98. venient AB et Regiensis:
 veniant Scaliger dedit, veniunt C. 99. parent ABCF: parant
 vulgo ex Aldinis. conf. 3, 2, 20. 100. Tum C: Tunc ceteri.
 102. ut F: in ABC. concurrat C, seu currat P.

Seu libeat duplicem seiunctim cernere Martem,
Dexter uti laevum teneat dextrumque sinister

105 Miles sitque duplex gemini victoria casus.

At non per dubias errant mea carmina laudes:

Nam bellis experta cano. testis mihi victae
Fortis Iapydiae miles, testis quoque fallax
Pannonius, gelidas passim disiectus in Alpes

110 Testis Arupinis et pauper natus in armis,
Quem si quis videat vetus ut non fregerit aetas,
Terna minus Pyliae miretur saecula famae.

Centum fecundos Titan renovaverit annos,
Ipse tamen velox celere super edere corpus

115 Gaudet equum validisque sedet moderator habenis.

Te duce non alias conversus terga domator
Libera Romanae subiecit colla caternae.

Nec tamen his contentus eris: maiora peractis
Instant, compertum est veracibus ut mihi signis,

120 Quis Amythaonius nequeat certare Melampus.

Nam modo fulgentem Tyrio subtegmine vestem
Indueras oriente die duce fertilis anni,

Splendidior liquidis cum Sol caput extulit undis
Et fera discordes tenuerunt flamina venti,

125 Curva nec assuetos egerunt flumina cursus,

Quin rapidum placidis etiam mare constitit undis,

Nulla nec aerias volucris perlabitur auras

Nec quadrupes densas depascitur aspera silvas,

Quin largita tuis sunt muta silentia votis.

130 Iuppiter ipse levi vectus per inania curru

1, 103. duplici - Marte *vulgo de coniectura Salmasii.* seiunctim *Salmasius:* seu iunctum *libri.* 104. Dexter uti *F:* Dextraque ut in *e,* Dextraque ut *AB,* vel Dextraque ut *A,* Dextraque ut *cd.* sinister *BCF:* sinistra *A et corr e.* 105. geminis - castris *vulgo de coniectura Itolorum.* 108. iapydiae *CF:* iapigiae *AB et margo e.* 110. Arupinis *F:* arupinus *rec A?* et arpinis *B et pr A,* et hirpinis *C,* in alpinis *P.* Arupinas *vulgo de coniectura Scaligeri.* et] *fortasse est.* arvis *Itali.* post 112. add Nam (Namque *Muretus*) senex longae peragit dum saecula vitae *e, om Bde et cum Aldo Scaliger. ex A Heinsius annotavit* 112. saecula famae. 113. renovaverat *C et pr A,* renoverat *B.* 115. validusque *rec A.* 116. domata *P.* 121. subtegmine *vulgo a Scaligero inde.* 122. annis *B.* 127. Nulla *C:* Ulla *AB et cum Aldo Scaliger.* aereas *Bde.* 129. muta *P:* multa *ceteri.*

- Affluit et caelo vicinum liquit Olypnum
 Intentaque tuis precibus se praebuit aure
 Cunctaque veraci capite annuit: additus aris
 Laetior eluxit structos super ignis acervos.
135. Quin hortante deo magnis insistere rebus
 Incipe: non idem tibi sint aliisque triumphii.
 Non te vicino remorabitur obvia Marte
 Gallia nec latis audax Hispania terris
 Nec fera Theraeo tellus obsessa colono,
- 140 Nec qua vel Nilus vel regia lympha Choaspes
 Profluit aut rapidus, Cyri dementia, Gyndes
 Aret Arecteis haud una per ostia campis,
 Nec qua regna vago Tomyris finivit Araxe,
 Impia nec saevis celebrans convivia mensis
- 145 (Ultima vicinus Phoebos tenet arva) Padaeus:
 Quaque Hebrus Tanaisque Getas rigat atque Magynos,
 Quid moror? Oceanus ponto qua continet orbem,
 Nulla tibi adversis regio sese offeret armis.
 Te manet invictus Romano Marte Britannus
- 150 Teque interiecto mundi pars altera sole.
 Nam circumfuso consistit in aere tellus
 Et quinque in partes toto disponitur orbe.
 Atque duae gelido vastantur frigore semper:
 Illic et densa tellus absconditur umbra,
- 155 Et nulla incepto perlabitur unda liquore,
 Sed durata riget densam in glaciemque nivemque,
 Quippe ubi non unquam Titan super egerit ortus.

1, 131. Affluit *d.* 133. aditus *C*, abditus *Scaliger et corr e.*
 134. Purior *C.* 136. non cum *Aldo Scaliger: nunc ABC.*
 sint *P et cum Aldo Scaliger: sunt ABC. possis et erunt scribere.*
 138. audax] avidas *C.* terras *C.* 139. thereo *P*, ter-
 rêo *rec A*, tetero *AFc*, tetero *B*, tartareo *de.* possessa *P.*
 140. 'Coaspes Pisanus' *Perreius: diaspes ABCF.* 141. Gyn-
 des] cidnus vel cydnus *ABFPcd*, ridnus *e.* 142. Aret *scripsi de*
coniectura. Ardet Arecteos - campos *vulgo de conjectura Scali-*
geri. Ardet arecteis *F*, Creteis ardet *ABC*, Creteis ardens *corr e.*
 haud una *Heinsius: aut unda libri.* per ostia *Heinsius: per-*
hospita F, carystia *ABC.* 143. vago *om d.* tamiris *BCP.*
 144. saevus *d.* 145. vicinis *d.* patheus *pr A*, pacheus
 margo *e.* 146. Hebrus] *vulgo Istrus de conjectura Broukhustii.*
 maginos vel magynos *ABFc et margo e: mosinos P et Regien-*
sis, magistras de: 148. se offerret in armis *B.* 151. considit
vulgo de conjectura Heinsii. v. Iacob. ad Aetnam 103. 156. den-
 sum *d.* 157. egerit *ABCFP: ingerit Regiensis.*

- At media est Phoebi semper subiecta calori,
 Seu propior terris aestivum fertur in orbem
 160 Seu celer hibernas properat decurrere luces:
 Non igitur presso tellus exurgit aratro,
 Nec frugem segetes praebent nec pabula terrae:
 Non illic colit arva deus, Bacchusve Ceresve,
 Nulla nec exustas habitant animalia partes.
 165 Fertilis hanc inter posita est interque rigentes
 Nostraque et huic adversa solo pars altera nostro,
 Quas similis utrinque tenens vicinia caeli
 Temperat, alter et alterius vires necat aer:
 Hinc placidus nobis per tempora vertitur annus:
 170 Hic et colla iugo didicit summittere taurus
 Et lenta excelsos vitis conscendere ramos,
 Tondeturque seges maturos annua partus,
 Et ferro tellus, pontus confinditur aere,
 Quin etiam structis exurgunt oppida muris.
 175 Ergo, ubi praeclaros ierint tua facta triumphos,
 Solus utroque idem diceris magnus in orbe.
 Non ego sum satis ad tantae praeconia laudis,
 Ipse mihi non si praescribat carmina Phoebus.
 Est tibi, qui possit magnis se accingere rebus,
 180 Valgius: aeterno propior non alter Homero.
 Languida non noster peragit labor otia, quamvis
 Fortuna, ut mos est illi, me adversa fatiget.
 Nam mihi, cum magnis opibus domus alta niteret,
 Cui fuerant flavi ditantes ordine sulci
 185 Horrea fecundas ad deficientia messes,
 Cuique pecus denso pascebant agmine colles

1, 158. colori *A*. 159. propior *Bd*. 160. luces] noctes
rec A. 161. igitur *F*: ergo *ceteri*. exurgit *ABFcd*: exurget
e. consurgit *vulgo incerto auctore*. 162. neque *C*. 165. ri-
 gentes *Regiensis et, ut videtur, F*: rigentem *ABC cum Cuiaciano*
recentiore. 167. utrinque tenens similis *vulgo ex libris pessi-*
mis. utrique *A*. 168. alteram et *F*. necat *Italus in mar-*
gine ed. Venetae 1475 apud Heinsium: libri negat. 169. verti-
 ter *B*, labitur *C*. 170. Hic *ABc et cum Aldo Scaliger: Hinc*
de. 171. laeta *A*. 173. confinditur *cum Aldo Scaliger:*
confunditur ABC. 174. esurgunt *d*, exurgit *ABC*. 175. per
 claros *Scaliger de coniectura*. ierint *E*: *ceteri* poscent. *fortasse ci-*
 erint. 176. maximus orbe *c*. 178. Ipsa *d*. perscribat *d*.
 182. fatigat *e*. 183. nitetur *cd et pr e*. 184. Qui *d*.
 dictantes *A*. 185. fecundis indeficientia mensis *libri praeter F*.
 186. agmine *ABPcd et margo e cum Aldo et Scaligero: ordine e*.

(Et domino satis et nimium furique lupoque),
 Nunc desiderium superest: nam cura novatur,
 Cum memor ante actos semper dolor admonet annos.
 190 Sed licet asperiora cadant spolierque relictis,
 Non te deficient nostrae memorare Camenae.
 Nec solum tibi Pierii tribuentur honores:
 Pro te vel rapidas ausim maris ire per undas,
 Adversis hiberna licet tumeant freta ventis,
 195 Pro te vel densis solus subsistere turmis
 Vel parvum Aetnaeae corpus committere flammae.
 Sum quodcunque, tuum est. nostri si parvula cura
 Sit tibi, quanta libet, si sit modo, non mihi regna
 Lydia, non magni potior sit fama Gylippi,
 200 Posse Meleteas nec malle[m] vincere chartas.
 Quod tibi si versus noster, totusve minusve,
 Vel bene sit notus, summo vel ineret in ore,
 Nulla mihi statuent finem te fata canendi.
 Quin etiam mea tunc tumulus cum texerit ossa,
 205 Seu matura dies celerem properat mihi mortem,
 Longa manet seu vita, tamen, mutata figura
 Seu me finget equum rigidos percurrere campos
 Doctum seu tardi pecoris sim gloria taurus
 Sive ego per liquidum volucris vehar aera pennis,
 210 Quandocunque hominem me longa receperit aetas,
 Inceptis de te subtexam carmina chartis.

1, 188. Nec *d et pr e*. 189. Quom dolor *de*. anteactos
F: accitus *Ac*, accitus *Bde*. dolor] memor *de*. admonet
ABPd et cum Aldo Scaliger: admovet *ce*. 190. relictus *Be*.
 191. defient *d*. 193. rabidas *c*. ausi *F*. 195. densis so-
 lus *ABC*: solus densis *cum Aldo Scaliger*. subsistere *ABF et*
corr e: obsistere *C*. 197. Sum *ABP et corr e*: Seu *C*, Dum
Aldus et Scaliger. si *ABCP et Scaliger*: sit *vulgo incerto auc-*
tore. 198. sit] sint *Fde*. 199 magna *A et Cuiacianus recen-*
tior. galippi *de*. 200. nec malle[m] malle[m] quoque *B*.
 vincere *F*: mittere *ceteri*. 202. sit notus *ABC*: si totus *de-*
dit Scaliger, sit totus *P*. ineret *FP*: inhaeret *Ade*, meret
Bc. 203. finem statuunt *de*. statuunt *AB*. facta *de*.
 204. tunc-cum texerit *ABC et cum Aldo Scaliger*: cum-con-
 texerit *P*. 205. celerem *F*: fato *ceteri*. 206. figura *BC et*
Cuiacianus recentior: figuram *A et, ut videtur, F*. 209. liqui-
 dam *c*. volucris - penna *vulgo de coniectura Heinsii*.
 210. Quandocunque *F*: In quemcunque *AB*, In quodcumque *C*.
 hominum *C*.

- 2 **S**ulpicia est tibi culta tuis, Mars magne, kalendis:
 Spectatum e caelo, si sapis, ipse veni.
 Hoc Venus ignoscet: at tu, violente, caveto
 Ne tibi miranti turpiter arma cadant.
- 5 Illius ex oculis, cum vult exurere divos,
 Accendit geminas lampadas acer Amor.
 Illam, quicquid agit, quoquo vestigia movit,
 Componit furtim subsequiturque Decor.
 Seu solvit crines, fuis decet esse capillis:
- 10 Seu compsit, comptis est veneranda comis.
 Urit, seu Tyria voluit procedere palla:
 Urit, seu nivea candida veste venit.
 Talis in aeterno felix Vertumnus Olympo
 Mille habet ornatus, mille decenter habet.
- 15 Sola puellarum digna est, cui mollia caris
 Vellera det succis his madefacta Tyros,
 Possideatque, metit quicquid bene olentibus arvis
 Cultor odoratae dives Arabs segetis
 Et quascunque niger rubro de litore gemmas
- 20 Proximus Eois colligit Indus aquis.
 Hanc vos, Pierides, festis cantate kalendis,
 Et testudinea Phoebe superbe lyra.
 Hoc solemne sacrum: multos hoc sumet in annos:
 Dignior est vestro nulla puella choro.

- 3 **P**arce meo iuveni, seu quis bona pascua campi
 Seu colis umbrosi devia montis aper,
 Nec tibi sit duros acuisse in praelia dentes,

2, 1. Sulpicia] 'haec fuit filia Servii Sulpicii, et hic liber de
 amoribus Sulpiciae et Cherinti inscribitur' P. 3. Sed A.
 5. divis d. 6. lampades C. 10. venus et in margine comis e.
 13. vertumnus C. 14. Mille hunc ornatus B. 15. qui d.
 16. dent B. 18. odoratis d. 19. gemmas ABC et Cuiacianus
 recentior: conchas cum Aldo Scaliger. 20. equis vulgo de
 coniectura Scaligeri. 21. cantare B. 23. hoc sumet AB,
 itaque Cuiacianus recentior et Scaligero teste 'veteres omnes li-
 bri': haec sumit (si Heinsio fides) F, hoc fumet C, hoc summat P,
 'hoc sumat v. c.' Perreius, fortasse hoc sumite. innanis d.
 24. vestro ACP et cum Aldo Scaliger: nostro B. choro vel
 coro Pce et cum Aldo Scaliger: thoro ABd.
 3, 3. praelia F: pectora A, pectore BC.

- Incolumem custos hunc mihi servet Amor.
 5 Sed procul abducit venandi Delia cura:
 O pereant silvae, deficientque canes!
 Quis furor est, quae mens, densos indagine colles
 Claudentem teneras laedere velle manus?
 Quidve iuvat furtim latebras intrare ferarum
 10 Candidaque hamatis crura notare rubis?
 Sed tamen, ut tecum liceat, Cerinthe, vagari,
 Ipsa ego per montes retia torta feram,
 Ipsa ego velocis quaeram vestigia cervi
 Et demam celeri ferrea vincla cani.
 15 Tunc mihi, tunc placeant silvae, si, lux mea, tecum
 Arguar ante ipsas concubuisse plagas:
 Tunc veniat licet ad casses, illaesus abibit,
 Ne Veneris cupidae gaudia turbet, aper.
 Nunc sine me sit nulla Venus, sed lege Dianae,
 20 Caste puer, casta retia tange manu:
 Et quaecunque meo furtim subrepat amori,
 Incidat in saevas diripienda feras.
 At tu venandi studium concede parenti,
 Et celer in nostros ipse recurre sinus.

- 4 Huc ades et tenerae morbos expelle puellae,
 Huc ades, intonsa Phoebe superbe coma.
 Crede mihi, propera: nec te iam, Phoebe, pigebit
 Formosae medicas applicuisse manus.
 5 Effice ne macies pallentes occupet artus,
 Neu notet informis pallida membra color,
 Et quodcunque mali est et quicquid triste timemus,
 In pelagus rapidis evehat amnis aquis.

3, 7. est] o c? densa corr e. 8. Candentem C, Claudendo
 margo e. 11. Cherinthe vel Cherinte semper libri. 12. Ipse
 d et pr e. 13. Ipse pr e. cervae vulgo de coniectura Brouk-
 husii. 15. sic vulgo de coniectura Heinsii. 19. Nunc c:
 Tunc ABde et cum Aldo Scaliger. 20. tange ACF: tende BP.
 21. At F, Aut P. subrepat BC et cum Aldo Scaliger: subie-
 cit vel subrepat A. subrepat vulgo e Sfortiano et Cuiaciano re-
 centiore. 22. ipse] saepe B.
 4, 1. espelle d. 5. matres d. 6. pallida vel palida libri:
 candida Heynius ex Romana 1475. 8. devehat vulgo de coniec-
 tura Heinsii.

- Sancte, veni, tecumque feras, quicumque saporēs,
 10 Quicumque et cantus corpora fessa levant:
 Neu iuvenem torque, metuit qui fata puellae.
 Votaque pro domina vix numeranda facit.
 Interdum vovet, interdum, quod langueat illa,
 Dicit in aeternos aspera verba deos.
 15 Pone metum, Cerinthe: deus non laedit amantes.
 Tu modo semper ama: salva puella tibi est.
 Nil opus est fletu: lacrimis erit aptius uti,
 Si quando fuerit tristior illa tibi.
 At nunc tota tua est, te solum candida secum
 20 Cogitat, et frustra credula turba sedet.
 Phoebe, fave: laus magna tibi tribuetur in uno
 Corpore servato restituisse duos.
 Iam ceber, iam laetus eris, cum debita reddet
 Certatim sanctis laetus uterque focus.
 25 Tunc te felicem dicet pia turba deorum,
 Optabunt artes et sibi quisque tuas.

- 5 Qui mihi te, Cerinthe, dies dedit, hic mihi sanctus
 Atque inter festos semper habendus erit.
 Te nascente novum Parcae cecinere puellis
 Servitium et dederunt regna superba tibi.
 3 Uror ego ante alias: iuvat hoc, Cerinthe, quod uror,
 Si tibi de nobis mutuus ignis adest.
 Mutuus adsit amor, per te dulcissima furta
 Perque tuos oculos per Geniumque rogo.
 Mane Geni, cape tura libens votisque faveto,
 10 Si modo, cum de me cogitat, ille calet.
 Quod si forte alios iam nunc suspirat amores,

4, 9. sopores *vulgo ex libris paucis nec bonis.* 15. mo-
 vet d. 17 — 22. Nil, At, Phoebe *primus Aldus 1515: At,*
 Phoebe, Nil *ABC et cum Ald. 1502 Scaliger, At, Nil, Phoebe P.*
 17. erat d. 24. sanitis d.

5, 1. Qui mihi F: Est qui *ceteri.* 3. puellae *de.* 4. de-
 derunt *cum Aldo Scaliger: dederant ABC.* 7. per te *ABCF:*
 te per *Regiensis.* 9. Alme P. Magne *vulgo auctore incerto.*
 Geni] veni P, *vel veni rec e.* tura *AB et cum Aldo Scali-*
 ger: dona C. *conf. 6, 1.* 10. cum] quod P. illa *e.* calet
 Itali: valet *ABC, volet F, velit P.* 11. suspiret *AB.*

Tunc precor infidos, sancte, relinque focos.
 Nec tu sis iniusta, Venus: vel serviat aequae
 Vincit uterque tibi, vel mea vincula leva.
 15 Sed potius valida teneamur uterque catena,
 Nulla queat posthac nos soluisse dies.
 Optat idem iuvenis quod nos, sed tectius optat:
 Nam pudet haec illum dicere verba palam.
 At tu, Natalis, quoniam deus omnia sentis,
 20 Annue: quid refert, clamve palamve roget?

6 **N**atalis Iuno, sanctos cape turis acervos,
 Quos tibi dat tenera docta puella manu.
 Tota tibi est hodie, tibi se laetissima compsit,
 Staret ut ante tuos conspicienda focos.
 5 Illa quidem ornandi causas tibi, diva, relegat:
 Est tamen, occulte cui placuisse velit.
 At tu, sancta, fave, neu quis divellat amantes,
 Sed iuveni quaeso mutua vincula para.
 Sic bene compones: ullae non ille puellae
 10 Servire aut cuiquam dignior illa viro.
 Nec possit cupidus vigilans deprendere custos,
 Fallendique vias mille ministret Amor.
 Annue purpureaque veni perlucida palla:
 Ter tibi fit libo, ter, dea casta, mero.
 15 Praecipit et natae mater studiosa, quod optet:
 Illa aliud tacita, iam sua, mente rogat.
 Uritur, ut celeres urunt altaria flammae,
 Nec, liceat quamvis, sana fuisse velit,

5, 12. Tu vulgo de Italorum coniectura. 16. nos] vel
 quam P. exsoluisse B. 17. tectius P: tutius ceteri.
 18. hic B. 20. clamve palamve viri docti.
 6, 1. acervos] honores de. 3. tibi] ter B? 5 orandi
 ed et pr e cum Ald. 1502, oranda B. 7. neu quis F: neve
 id C, ne nos AB et corr e, ne nox P. 9. ullae. BCF: ulli
 vulgo auctore incerto. 10. cuidam BC, vel ulli corr e.
 13. que om B. 14. fit Itali et nescio unde Scaliger: sit AC et
 Ald. 1502, sic B et Cuiacianus recentior. 15. en vulgo de
 coniectura Broukhusii. quid vulgo e Lipsii excerptis. optet
 Itali: optat ABC et cum Aldo Scaliger. 16. iam sibi rec e et
 Itali, clam sibi vulgo de coniectura Heinsii.

Si, iuveni grata veniet cum proximus annus,
 20 Hic idem votis iam vetus adsit amor.

7 Tandem venit amor, qualem texisse pudori
 Quam nudasse alicui sit mihi fama magis.
 Exorata meis illum Cytherea Camenis
 Attulit in nostrum deposuitque sinum.
 5 Exolvit promissa Venus: mea gaudia narrèt,
 Dicitur siquis non habuisse sua.
 Non ego signatis quicquam mandare tabellis,
 Ne legat id nemo quam meus ante, velim,
 Sed peccasse iuvat, vultus componere famae
 10 Taedet: cum digno digna fuisse ferar.

8 Invisus natalis adest, qui rure molesto
 Et sine Cerintho tristis agendus erit.
 Dulcius urbe quid est? an villa sit apta puellae
 Atque Arretino frigidus amnis agro?
 5 Iam, nimium Messala mei studiose, quiescas,
 Non tempestivae saepe propinque viae.
 Hic animum sensusque meos abducta relinquo,
 Arbitrio quoniam non sinis esse meo.

9 Scis iter ex animo sublatum triste puellae?
 Natali Romae iam licet esse tuo.

6, 19. Si AC: Sis F, Sic B et rec e. iuveni om B.
 gratae puto. veniet BCF: adveniet A. 20. adsit] esset B.

7, 1. pudori Ace et cum Aldo Scaliger: pudore BPd et Guai-
 cianus recentior. 2. Et C. magis ABC et cum Aldo Scali-
 ger: minor vulgo de Italorum coniectura. 6. sua F: suam ce-
 teri. 8. Ne A et cum Aldo Scaliger: Me BC, Ut P. id ne-
 mo Ac et corr e cum Aldo et Scaligero: id venio Bde, advenio
 Regiensis.

8. Sulpicia F. 3. nulla c. puellae BF et pr A: puellis
 C et corr A. 4. Aretino libri. Eretino Itali, Reatino Huschkius.
 amnis ABce: amnis d, annus vulgo incerto auctore. Arnus co-
 dex Thuaneus. 5. al. minimum P. sic Itali. 6. Neu B.
 8. Arbitrii mei vulgo de coniectura Heinsii. quoniam P:
 quamvis ABC et cum Aldo Scaliger.

9. Ad Thoratum de natali die B, Ad veratum de natali die
 al [sic] cherinctum d, Ad theostratum de die natali e. 2. iam F:

Omnibus ille dies nobis natalis agatur,
Qui nec opinanti nunc tibi forte venit.

10 **G**ratum est, securus multum quod iam tibi de me
Permittis, subito ne male inepta cadam.
Sit tibi cura togae potior pressumque quasillo
Scortum quam Servi filia Sulpicia:
3 Solliciti sunt pro nobis, quibus illa dolori est,
Ne cedam ignoto maxima causa toro.

11 **E**stne tibi, Cerinthe, tuae pia cura puellae
Quod mea nunc vexat corpora fessa calor?
Ah ego non aliter tristes evincere morbos
Optarim, quam te si quoque velle putem.
3 At mihi quid prosit morbos evincere, si tu
Nostra potes lento pectore ferre mala?

12 **N**e tibi sim, mea lux, aequae iam fervida cura,
Ac videor paucos ante fuisse dies,

non *ceteri*. nunc *vulgo de Italorum coniectura*. licet *F*: sinet
Bce, sinit *Ad*. suo *vulgo ex Ald.* 1502. 1515. 3. *al. genia-*
lis P. 4. iam *vulgo, quod venit a librario Vulpii.* velit *pr*
e, favet *d*.

10, 1. tibi *A*: mihi *BC* et cum *Aldo Scaliger.* 2. Promit-
tis *vulgo de coniectura Heinsii.* 3. Si - toga est *vulgo de coniec-*
tura Heinsii. 6. Ne *C* et cum *Cuiaciano recentiore Scaliger:*
Nec *AB.* cedam *Statius: credam libri.* causa *BCF: cura*
A? et *corr ce.*

11, 1. Estne] *Morsne P.* pia cura *Itali: placitura ACP,*
placiture B et *corr e* cum *Aldo et Scaliger.* 2. Quod *Ade:*
Qui Bc et *corr e* cum *Aldo et Scaligero.* Dum *vulgo de coniec-*
tura Heinsii. vessat *c.* 4. si *BP* et *Scaliger: sic AC.*
5. At *F*: Ah *ceteri.* Nam *vulgo ex Ald.* 1502. 1515. prodest *B.*
si *P*: quid *ABFce*, quam *d.* ubi *vulgo de coniectura Scaligeri.*
6. lento *F: ceteri laeto.*

12. cum *superiore carmine coniungunt BC* et, nisi fallor,
scripti omnes. iidem hos versus iterum habent in fine libri tertii,
ubi P ascripsit 'hii versus non leguntur hoc loco in vetustis co-
dicibus et videntur de inferiore epigrammate inculcati fuisse in
huius elegiae finem per errorem librariorum.' 1. Ne *A* et *corr e*
hoc loco, itaque c supra libro tertio et hic cum Aldo Scaliger:
Nec *BCP* hic et *Bde supra.* sim *ABPc* cum *Aldo et Scaligero*
hic: sit de hic et BC supra. iam *B* hic: tam *AC* et cum *Aldo*
Scaliger hic, BC supra. 2. Ac *ABCFP* hic et *Bd supra: vel*

Si quicquam tota commisi stulta iuventa,
 Cuius me fatear paenituisse magis,
 3 Hesterna quam te solum quod nocte reliqui,
 Ardorem cupiens dissimulare meum.

13 **N**ulla tuum nobis subducet femina lectum:
 Hoc primum iuncta est foedere nostra Venus.
 Tu modo sola places, nec iam te praeter in urbe
 Formosa est oculis ulla puella meis.
 5 Atque utinam posses uni mihi bella videri!
 Displiceas aliis: sic ego tutus ero.
 Nil opus invidia est, procul absit gloria vulgi:
 Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.
 Sic ego secretis possum bene vivere silvis,
 10 Qua nulla humano sit via trita pede.
 Tu mihi curarum requies, tu nocte vel atra
 Lumen, et in solis tu mihi turba locis.
 Nunc licet e caelo mittatur amica Tibullo,
 Mittetur frustra, deficietque Venus.
 15 Haec tibi sancta tuae Iunonis numina iuro,
 Quae sola ante alios est mihi magna deos.
 Quid facio demens? heu heu mea pignora cedo,
 Iuravi stulte: proderat iste timor.
 Nunc tu fortis eris, nunc tu me audacius ures:
 20 Hoc peperit misero garrula lingua malum.
 Iam faciam quodcumque voles, tuus usque manebo,
 Nec fugiam notae servitium dominae,
 Sed Veneris sanctae considam vinctus ad aras.
 Haec notat iniustos supplicibusque favet.

14 **R**umor ait crebro nostram peccare puellam:
 Nunc ego me surdis auribus esse velim.

ut rec e hic, Ut ce supra. paucos videar B supra. videor
 AFP et supra C: videas C hic, videar B hic, video rec e hic.
 4. Quius d hic. fateor d utrobique, e supra. 5. quod solum B hic.
 13, 2. vincta pr e. 3. modo AC et Scaliger cum Cuiaciano
 recentiore: mihi B. te iam Ad. 5. possis vulgo incerto
 auctore. 6. sic] tunc c. 8. ipse AB. 9. possim vulgo ex
 uno Broukhusii libro. 15. Haec Scaliger dedit: Nec A, Hoc
 BC, Per P. iuro] vel raro rec e. 16. mihi (Scaligero teste,
 non Heinsio) F: tibi ABC. digna de. 17. cedo CF: credo
 AB. 18. proderat F: prodeat ABC. ille de. 19. aures d.
 22. Ne c. 23. Si c et pr e. confidam B.

Crimina non haec sunt nostro sine facta dolore:
Quid miserum torques, rumor acerbe? tace.

Villicus aerari quondam, nunc cultor agelli,
Haec tibi Perspectus templa, Priape, dico.
Pro quibus officiis, si fas est, sancte, paciscor,
Assiduus custos ruris ut esse velis,
6 Improbus ut siquis nostrum violarit agellum,
Hunc tu — sed taceo: scis, puto, quod sequitur.

Quid hoc novi est? quid ira nuntiat deum?
Silente nocte candidus mihi puer
Tepente cum iaceret abditus sinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
5 Iners senile penis extulit caput.
Placet, Priape, qui sub arboris coma
Soles sacrum revinctus pampino caput
Ruber sedere cum rubente fascino?
At, o Triphalle, saepe floribus novis
10 Tuas sine arte deligavimus comas
Abegimusque voce saepe, cum tibi
Senexve corvus impigerve graculus
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale, nefande destitutor inguinum,
15 Vale, Priape: debeo tibi nihil.
Iacebis inter arva pallidus situ,
Canisque saeva susque ligneo tibi
Lutosus affricabit oblitum latus.
Sceleste penis, o meum malum grave,
20 Gravi piaque lege noxiam lues.

14, 5. Carmina *pr A.* facta *ABC* et Scaligero in castigationibus testante *F*: iacta vulgo de coniectura *Is. Pontani*.

Villicus aerari, Quid hoc novi est] Haec duo carmina, quae inter Priapea leguntur (82. 83), Iosephus Scaliger se in codice *F* inter Tibulli opera reperisse testatur. huius codicis scripturas, quantum ex annotatione Scaligeri intelligi possunt, expressi.

2. Respectus Reinesius. 4. vieta *N. Heinsius*. 7. revincte Scaliger. 9. Tripalle *F*. 17. saevas usque *F. correxit Scaliger*. 19. meum malum grave scheda *P. Pithoei*: cui meum malum *F*?

- Licet querare: nec tibi tener puer
 Patebit ullus, imminente qui toro
 Invante verset arte mobilem natem,
 Puella nec iocosa te levi manu
 25 Fovebit apprimetve lucidum femur.
 Bidens amica Romuli senis memor
 Paratur, inter atra cuius inguina
 Latet iacente pantice abditus specus
 Vagaque pelle tectus annuo gelu
 30 Araneosus obsidet fores situs.
 Tibi haec paratur, ut tuum ter aut quater
 Voret profunda fossa lubricum caput.
 Licebit aeger angue lentior cubes,
 Tereris usque, donec ah miser miser
 35 Triplexque quadruplexque compleas specum.
 Superbia ista proderit nihil, simul
 Vagum sonante merseris caput luto.
 Quid est, iners? pigetne lentitudinis?
 Licebit hoc inultus auferas semel:
 40 Sed ille cum redibit aureus puer,
 Simul sonante senseris iter pede,
 Rigente nervus excubet lubidine
 Et inquietus inguina arrigat tumor
 Neque incitare cesset usque dum mihi
 45 Venus iocosa molle ruperit latus.


DOMITII MARSI.


- 15 **T**e quoque Virgilio comitem non aequa, Tibulle,
 Mors iuvenem campos misit ad Elysios,
 Ne foret, aut elegis molles qui fleret amores
 Aut caneret forti regia bella pede.


22. ingemente alii. 25. lubricum schedae Pithoei.
 28. pancie abditus specus F. correxit Scaliger. 29. Vagaque
 codex Priap. Vossianus: Vacuaque F. 30. forem Scaliger in
 ed. Tibulli.

15. DOMITI MARSI F: Ovidio ascribit A, ceteri nostri ca-
 rent nomine poetae. 1. acque A. 3. Nec B. elego e.


I, 3, 60. scribe tenui 75. Tityos IV, 1, 117. catenae.
 Not. IV, 1, 104. vel Dexterque ut A. 175. ierint F.
 Ad Catullum not. 47, 4. dele numerum 5. 52, 28. 29. scr. car-
 mina pr L.







LIBRARY OF CONGRESS



0 003 073 361 7

